ut Avicenna testatur quod reptilia vene-
nosa cecata in tempore yeme
dum egrediuntur de cavernis vertere
comedunt et fricant oculos adeo
et recuperant visum et in questio libere
ad hys que credo eufrasia in hoc
mirabile dat iuvamentum ut dicit
hebenmesue et brodium rapparum ignis
columbi ablatis capitibus sunt de
certi laudatur ab Avenzoare
experto Et epar hyrcinum assatum
comestum et liquor collirizatus
valet in nocticlupa quod ex humiditate
virtute isti causantur ut in
meamur et prima menarum dicebat
G et si lardum ad pipere laqo et
sale intro melioratur eius
effectus secundum Avicennam recitando

oculos in legendo non subtiles et
in respiciendo quod depictum pro-
ficit et corroborat visum ut dicit
Rasis et submergere oculos apertos
in aqua decocti rasis croci confert
ut dicit Avenzoar et probatum est
miro modo. Et sicut Avicenna aperiri oculos
ingredi et submergi aquam claram
viridem et stare per horam visus con-
fortatione laudat ipse in iuventute
et estivo super tempore. Ita ergo in distilla-
tione aqua idem dubitat quod aqua non
sit frigida et sit in vase viridi aut
citrino et inspice fortiter in oculis
asini silvestris distillat aquam ut
dicit Avenzoar et speculum de calibe
laudat ad hoc perfectum. Et magister
Arnaldus dicit quod liberam viditas aquam
per sumitates gemmarum preciosarum et
stellarum sublimitatis intuitum re-
solidant et pugnis aqua digerit
et resolvit et fricatio pedum et
loco capitis atque pectinatio materias
ab oculis et capite evacuant et
diminuit ut idem dicit. Et frequens
inspiratio pulveris qui semen feniculi
aut aliquid acutum masticavit in
oculis aquam digerit et consumit
ut docet experientia manifesta. Usus
vero se subtiliativam aquam consumit
et distringit. Et ideo dominus Iugetti consule-
bat per Thadeum de semine feniculi
anisi amicos filiis montani ʒ
iubebat gargarismis propriis loqui
cortice radicis celidonie eufrasie rute
bethonice haste regie et ...
Et de hiis potest fieri pulvis in electuarium
et uti mane post modicum sine
potu. Evacuatio autem fiat per digni-
maria cum aliquo convenienti et assata
cum yerapigra et pillulis diacasto-
reis dissoluta una cum succo ma-
iorane et hoc est quod Avicenna dicebat
in procedentibus vero aquam oportet ut
incipias et mundifices corpus et
ipse solum deinde venias ad mundi-
ficandum caput cum gargarismis
et caputpurgiis et masticationibus
et oportet ut illud fiat frequenter valde

sum quod dicit Rasis non est scriptum in oculis
parte a dyarrea accipi bonum est
Et regimen autem quod competit in ca-
taracta confirmata est quod in casu in quo
erit suspicio quod non sunt hic firma
utatur piscibus et cepis et aliis rebus
prohibitis ... ut in ea addatur et
firmior fiat. Et hoc est etiam quod
dicebat Avicenna. Et quando voluntas
adest ut fiat cura cum instrumento per-
mittitur ... aqua ut inveteratur
piscibus recentibus et ab humectativis
deinde fiat cura. Sed regimen
quod competit post depositionem cataracte
quod est ... silencium et obscuri-
tas ut iaceat in lecto elevato et
parum comedat. Et que comedat
sint mollia que non indigent ma-
sticatione ut pulmenta ova sor-
bilia et aqua sit potus eius ut dicit
Iohannes aut vinum album ut Dama-
mosali. Preterea regimen in principio
augmenti aqua sit congelata fiat cum
medicinis incisivis subtiliativis et
consumptivis. Et incipiatur primo sicut
Avicenna dicit a lenitivis sicut feniculi
cum melle rosaceo. Et si oleum esset
balsamum esset precipuus in illo. Et ...
... et in ... tamen assatur
collirium de mirra in quo recipitur
libanum cum galbano et croco et
similia. Et Rasis commendat collirium
de fellibus. Recipe fellis gruis ana
perdicis aquile vel yrci .i. vel .ii. vel
plura in vase eneo de ... ponatur pro
... colloquintide sagapini euforbii
ana partem .i. ... aqua feniculi
et rute fiat collirium. Ad eandem
intencionem dicit Iohannes Recipe
fellis vacce .i. ... assafetide
ʒ .i. balsami ʒ .ß. dissolvatur
in vase vitreo et permittatur desiccari
et fiat pulvis. Et ad eandem intencionem
valet pulvis ... de succo rute
et feniculi ... basiliconis et nigri
petri hyspani et omnia talia que
visum acuunt et confortant. Regimen

aut perculare postquam cataracta e
confirmata et bona et subiacibilis
iudicatur et ep[?] clisterizato paciente
et flaticos si videtur expedire et
constrictis tymporibus et fronte cum
aliquo emplastro constrictiuo ut
aliqua occasione non moueatur et
humores neque descendant ad oculos
et ipso ieiuno existente et consolato
sano omnia alia passione preparato
die pulchro intra vel luna decrescen-
te in ariete peragrante alto oculo
ligato constituatur in loco bene
claro apte lucis super scampnum
bene firmato equitando et retro ipsum
sit bonus minister qui teneat sibi
caput bene firmiter et tunc operator
postquam masticauerit se feniculum
vel atriplex ad aliquod acutum contra
paciente sedeat aliquantulum altius
pacte in eodem scampno tenendo
pacientis manus subtus genua
eius pacientis et operator amplexetur
genua pacientis cum tybiis suis
et tunc aperiat pacienti oculos cum
altera manu operatura cum dextera
oculum cum sinistra manu et sinistrum
ad dextram et aperto oculo insufflet in
eo ter vel quater ut cataracta
motum ad calorem recipiat deinde
precipiat pacienti ut vertat oculum
versus nasum et teneat ipsum firmum
et tunc in nomine dei intromittat
retornando acum per medium coniunctiue
declinando venulas ipsius impingendo
et perforando intus quousque perci-
piat acum esse in vacuum. Et postquam
videat acum versus sub cornea. Et quando
videbis acum intus per corneam
impingat eam ad medium usque pu-
pille et aliquantulum plus et tunc
quodammodo plicando et apprehendo ca-
taractam reponat et supponat eam
inferius et hic cum eam detineat cum
acu dum dicit pater noster aut unum
miserere et si cataracta resurgat
totiens cum acu capiat quod inferius
remaneat. Caueto tamen de dilata-

cione vuee et tactu cristallini. Et
postquam bene firmata fuerit et non resurget
extrahe acum voluendo eam sicut
intromisisti. Et tunc ad extollendum
artem tuam obumbrato oculo cum
caputeo suo ostende sibi signum
solum semel et dicat quid est et tunc
[...]do ponatur super oculum albu-
ovi cum cotone et ligetur ambo
oculi ut unus alium non moueat
et quiescat et ducatur caute ad lectum
appropinquandum et ut dictum est prima die
regatur nichil comedendo et non
remittatur usque tercium vel ad
quartum diem ut dictum est. [...]bus et tunc
remittatur ut prius et sic bis in
die sine hoc aperiantur oculi remittatur
usque ad ix dies et tunc lauato oculo
suauiter cum aqua frigida paulatine ad
suas redeat operaciones. Et si ca-
taracta resurgeret post parum remitta-
cionem et sedacionem laboris iterum deponatur
si est possibile per eundem foramen et per
modum eundem [...]bus aut et dum
ea cum supposicione perhymit inter corneam
et vueam quod non est et [...]
atque [...] difficile et aliquando
ex [...] antiquis ut recitat albu-
casis faciendo foramen subtus corneam
cum aliquam cannulata ea sugendo ex-
traheb[at] quod non laudo quia forte cum
trahebat quod non laudo quia forte cum
aqua egrederetur albugineus et sic
error nouissimus peior priore.

De egritudinibus aliarum particularum intrinsecarum oculi et ex quibus prouenit debilitas et nocumentum visu

Debilitas et nocumentum in visu a particulis intrinsecis
provenit duobus a mala dispositione
pupille que nimis ampla ut de
albugine dictum aliquando que semper
est nocimus in eo de egritudine et sin-
est nocimus. Aliquando est nimis stricta
cromate. Aliquando est nimis stricta
et dicitur constricta que a natiuitate
laudatur post vero vituperatur ut dicitur
ibidem. Secundo prouenit causa humoris
albuginei que nimis grossus ad

subtilis in s(ub)st(anti)a aut astalcus i(n) cu loc(o)
et hec est causa multa(rum) fantasia(rum)
siliu(m) suffusionibus. Tercia c(aus)a cristal-
lini p(ro)pt(er) cas(us) dispo(siti)ones aut p(ro)-
p(ri)etatis cu(m) sp(irit)u(m) ... Quarta ca(usa) vitrei
p(ro)pt(er) etia(m) cas(us) dispo(siti)ones. Quinta ca(usa)
sp(irit)us q(ui)a multu(m) et subtilis et tunc
longe subtilia videt et discernit q(uod)
q(ui)a paucus et subtilis et tunc discernit
p(ro)pe et no(n) videt longe q(ui)a grossus
et multus et tunc longe videt s(ed) male
discernit aut q(ui)a paucus ... grossus
et tunc neq(ue) longe discernit neq(ue) lo-
ge videt put hec leguntur in x(?)
de egritu(di)ne et sincho(pi)te. Ex grossitie
humoru(m) et sp(irit)uu(m) p(ro)venit noctalupa
que est male videre post sol(is) occasu(m)
ut dicitur s(ed) p(ro)pt(er) aut subtilitate(m) et
paucitate(m) allahar q(uod) e(st) videre de
nocte et no(n) de die ut dicit Avic(enna).
Sexto p(ro)venit no(cu)mentu(m) p(ro)pt(er) nervi
optici q(ui)a e(st) distra(ctus) ... ut opilat(us).
Et ca(usa) istaru(m) dispo(siti)onu(m) aliquando est
p(ri)vata i(n) s(ub)st(anti)a p(ar)ticular(i) congesta aliqu(an)do
ca(usa)ta a capite vel a sto(mac)o vel a
corpore toto. Et sunt ut plurimu(m) replo-
nales que p(ro)veniunt a crapula
in digestione et a cibariis grossis et
ventosis i(n) cataracta specificatu(m)
et a dormitione nimia maxime p(ost)
comestione(m) et mete(?) et a dormitione
capite inclinato et toto calciat(o)
et a longa mora in tenebris et a
vento frigido fumo pulvere et ...
Aliquando s(un)t ... a nimia
evacuatione et ventositate retro
collu(m) a coytu labore et fletu et
a longe egestione ab igne et a nimia
inspectione claritatis et solis et lune
et ab usu salis et piperis et fortiu(m)
sp(eci)e(rum) et ... Signa debilitatis s(un)t
nota pa(ti)enti s(ed) de q(ui)b(us) p(ro)venit e(st)
alio(rum) speculatio(n)is. Curatio
sp(eci)alis et exquisita ad duos p(h)isicos
p(er)tinet q(ui)a in talib(us) no(n) c(ur)at aliq(ui)d
manualis. Incipit c(ur)a s(i) debilitas
p(ro)venit p(ro)pt(er) res i(n)nat(ur)ales co(n)fortetur
oculus cu(m) quiete et otio et cibis
humectatib(us) et bal(neis) et fomentatio(n)ib(us)
fact(is) ca(usa) ocul(is) cu(m) aqua tepida
et lacte et si fuerint res replentes
intenda(tu)r ad dictu(m) tenue et ad
purgationes dictas in cataracta
et ad clarificandu(m) oculos cu(m) collirio
de fellib(us) a(n)i(m)aliu(m) vincitu(m) de rapia(?)
et balsamo. Michilo(?) ... doctrine
pona(m) hec ca(usa) auxilia ad predictas
tres intentiones complendas
in multis co(n)sueta. Quoru(m) p(r)imu(m)
est hebemus(?) electua(riu)m ... i(n) bon(o)
sapore educens superfluitates a toto
corpore et maxime a ca(pi)te co(n)fortans
visum et om(ne)s sp(irit)us retardans et
canitie(m) et iuventute(m) co(n)s(er)vans. R(ecipe)
corticu(m) mirabol(anorum) cit(rinorum) kebulorum
emblicoru(m) pulverizatoru(m) et cu(m) oleo
amigdalaru(m) fricatu(m) ... dep(ur)ata(?)
toru(m) deinde cu(m) aq(ua) zuccarata ...
lavata quousq(ue) deposuerit ama-
ritudine(m) an(a) ʒ i. thurbit. al(bi) et
mundati ʒ ß. mastic(is) liquiritie
ʒʒ. galange cinamomi ligni al(oes)
gar(iofili) piperis cubebar(um) mac(is) pilorum(?)
sp(ic)e s(e)c(undu)m fe(?) an(a) ʒ ß. zuc(c)ari ca-
p(iti)s ... p(ro)ut ... purgatoru(m)
barizet(?) ... ß. mellis ... dep(ur)ati
ʒ ß. ... q(uo)d suffi(ci)t fiat electua(riu)m de quo post
media(m) nocte(m) semel vel bis in
septimana detur ʒ ß. Secu(n)du(m) est
confectio ... adiuvans visu(m) et
confirmans tenebrositati eius. R(ecipe) eufra-
sie se(minis) rute an(a) ʒ vii. ... siste(r)
leos calamint(i) ... pulegii ʒʒ.
cubebar(um) ... an(a) ʒ
cristalli margaritaru(m) an(a) ʒ ii
... mastic(is) ... co(m)bust(i)
an(a) ʒ i. ... ʒ i. balsami
grana v. ... zuc(c)ari q(uo)d suffi(ci)t
fiat electua(riu)m de quo detur quolib(et)
mane ʒ ß. Tertiu(m) est colliriu(m)
... hebemus(?) et ...
... clarificans visum.
R(ecipe) succi ... feniculi lb. ii succi
... lb. i. vini maloru(m) granatoru(m)
lb. ß. mellis ... ß. piperis longi
aloes ... sal armoniaci

an ℥ ij thutie ppate ℥ i misceat
pulu̾izata in fiola vitrea ad sole
p tres meses abicia̾ fex et fiue̾
ad eand intenco͂ez fit aqua fem-
culi ruthe celidonie eufrasie ver-
bene et aqua p̾ciosa m̾gri petri
hyspani et similia / Et ista non
valet ad ocularios vi̾t q̾ berillos
est recurrendum

Pars t̾cia de egri-
tudinibus aurium

Egritudines
aurium que parva nocumenta
actoni auditiue fa̾nt sicut
et egritudines oculorum visiue sur-
ditas vz et g̾ruedines atqz p̾ v̾
audiciones Et p G. in ℥ᵇ de egri-
tudinibus re
et simchote dicebat sunt ꝑm eum
i xᵒ quedam ꝑ̾so originio ipsius
auditus q̾ ē poro͂ nervos quedam
coadiunctib͂ ꝑticulis q̾ sunt foramine
et anfractus et sbd auriculē q̾da
in vbtute acribus descendente r̾ iste
egritu nes sunt q̾ ꝑm distrisias
maiore ꝑtes ut d̾ Anic aut ꝑm
vniones solucioz ꝑtyme q̾ s̾cdm
obstructiones ab intrinseco scilicet ab
apostē ul aliqᵒ humore et venate
seu sanie sangᵉ ul sorde vme
seu vrrucā aut carnoso ul pann-
iculosa ꝑ̾simile supm̾iet et ecca
ab extrinseco velut aranea pulex
aut lapillus seu nucleus et granum
pul seu aq subingressa ex quibus
appet manifeste q̾ ea egritudinem
auriū q̾da sunt p̾mitie ut casus
et p̾cussio regimis malicia q̾dā
et antecedentes ut mali humores et
vapores Cause q̾uite sunt res
que i auribus aggregant Et iste q̾n
que i auribus aggregant sunt ex n̾a ꝑticule dur̾ ꝑtetalos
et Ꝑuate Cān aut venint aliunde
seu a̾s̾o velut a capite s̾t q̾passo
nales et toite et tales sunt hue ꝑ̾
et s̾cd̾ esse ut de oculis dicebat
Signa passionū auriū quetuqz
in ipis q̾le vident et grauitatibus
auriū sunt loqui no indigent
cognicione in eᵒ intrioꝛ q̾ aut
no appareat ꝑuocatiū auditum

apphendūt Nam q̾ no audiūt
p̾uas voces neqz vix magnas
surdi s̾t q̾ paulatie surdi ꝑficiunt
ut i ℥ᵇ meanir dt G. Cum aut
apphendunt sonos fantasticos
plimosos et clangoros seu sibi-
losos tynitū et ꝑ̾t auditores seu
p̾uuitatoz auditus pacunt ut dt
Auic Causa aqua sit designat
a suis sinctoribus ut si ē ab apostē
est ad s̾e et dolore et extēsionibus
et q̾uitatibus atqz pulsacionibus et
alijs accn̾ibus dictis supius i auriū
apostibus Si vero sunt materia frig
apostibus q̾uitatis cu̾ frate Et si ca-
sentit q̾uitus cu̾ frate Et si ca-
ardor et punctura Et plus accessit
flux sān q̾ s̾e colica cuius materia
ascendit ad aures ut i xᵒ dicebat
Si ē a ventosite ē cū
amplioꝛ Si ē a ventosite ē cū
sono et tynitu Si ab vlce ē ꝑ̾uitus
dolorosus Si vero sint a vermia q̾
ve aliq̄ ingressa sat ꝑ paciēte
et ꝑ inspectaz ad sole t̾hendo aure
et ampliando speculo q̾ alio instro
Si sunt nuus aut aliud aial sen-
titur eius motus infra aure locus
sitz qui ꝑm G. in ꝑ̾ᵒ interioꝛ
Si quid sola paciat ꝑ̾ p̾mū
pati cognitum ad alijs aut sicici
ꝑticulis cerebrum pati ad eo Et ad
hr̾ adiuuat sanitas tristiei foraminis
et ꝑ̾ping̾ tempus et alleviacio
post bonas digestiones et euacuaciones
addit Auic et de oculis dicebat
Indicat ꝑ Auic q̾ surditas n̾alis
aquaticqz causa ꝑegua ab opi-
latione sup̾ficiali ꝑ̾t spetat et alia
que est accidentalis cronica duorum
annorum et que est ex cicatrice ul
apostemate indurato no curat
Item indicatur q̾ surditas acci-
dentalis no antiqua que quqz
interpolatur et alleviacione hr̾
potest curari Preterea innuit ypo-
in eᵒ amphorismi q̾ quibuscuqz
surditas sit fellis egestionibus
supuenientibus quiescit Intelligit

Curatio

hoc aut(em) G. de accidentali que fit
in se ex colere ascensione. ¶ In
cura surditatis et nocumenti auditus
duplex assignatur regimen vniu-
sale et particulare. Vniuersale regimen
de dieta et purgacione et doloris
sedacione secundum quod dictum fuit superius
in capitulo de auribus complet(ur). Particulare
regimen continet duo. Primum octo
documenta multum necessaria ad istas operaciones
complendas. Primum documentum est
quod nichil particulare fiat in aure
spaliter acutum et dolorosum antequam
corpus sit euacuatum. Secundum quod
omnes operaciones aurium precipue
que perueniunt ad intrinseca fiant
suauiter et indolose propter neruum intus
complantatum. Tercium quod omnia que
ponentur in auribus sunt tepida non
calida neque frigida in excessu. Quartum
quod sint liquida ut melius intret
et euacuet(ur). Quintum quod liceta non
stent infra aurem ultra tres horas.
Sextum quod postquam fuit licta iaceat
super parte sana et cooperiat(ur) foramen
auris cum lana vel cotone. Septimum
quod nichil imponatur quousque impositum
fuit extractum utendo se super parte
egram et mundando cum penna inuolu-
ta pano aut cotone et admonendo
ad tussim et sternutacione et vt ructare
atque forte emungere. Octauum quod me-
dicus aurium habeat instrumenta apta
ad sua operacionem velut sunt stila
curatoria et leuatoria vncini pau-
ce cutionis cannulas sugitiuas
et suffumigatiuas et habeat lanam
cotonem spongiam panum et vsicam
et cetera necessaria ad operacionem suam secundum
quod competit regiminie particularis quo cura
localis ordinatur secundum diuersitatem
causarum surditatis et nocumenti auditus

¶ De apostemate et vlcere

Si causa surditatis et nocumenti
fuit ab apostemate et vlcere curetur prout
dictum est superius in capitulis suis

¶ De surditate et tinnitu propter
humores frios et ventosos

Si aut(em) in causa fuit hu(mor) vel fri-
ventositas primo michi suffumigada
est auris cum traiectorio vel cannulla
suffumigatoria et olla strictis orificij
in qua iubet G. prime consilia
appolonij vrina bouis cum tercia
sua parte de aceto et parum quid
de mirra contrita et camina stu-
phe circumuoluat(ur) cum lana vel pano
ut non offendat aurem neque circum-
ferencias eius. Communis tamen vsus fuerat
suffumigacionem cum vino albo decoct(ionis)
rute calamenti ysopi sansuci centau-
ree bethonice foliorum cipressinorum
sticados amisi maratri spicamar-
di et ciperus. Post suffumigacionem
eligit mitte infra ipse appollo-
adipem anseris fel bouis et oleum
laurinum in equalibus porcionibus
mixtis. Vsus aut(em) communis immittit
olea calida velut camomillinum anetinum
amigdalarum amararum costinum nar-
dinum raphaninum sinapinum et aquam
distillacionis eius. Insuper aqua
primo coma capsi ab aliquibus
laudatur. Et fortius ponit fel
accipitris balsamum et succum raphani
depuratum. Rasis ponit et hebemes
conuenit pref quod scilicet pulpe cologu-
tide ℥ ij succi absinthium aristo-
logie aut ℥ i costi baurac an(a)
℥ ß castorei ℥ i fiat pref cum
felle vaccino et dissoluatur quod cum
oleo aut oleo amigdalarum ama-
rarum. Auicenna dicit quod est expertum
℞ castorei ℥ iij nitri ℥ i et h-
elli ℥ i ß fiat trocisci cum succo
raphani et ambulare per loca
arenosa confert eis ut Allexander
et clamare et excitare eos voce
clamosa est vtile ut dicit Auicenna.
Vnde in 3o canonis intellexi G.
quod aures que paciuntur dolorem egent
quiete motu non vehementi et
consumpcione in contrario dispositionis
que paciuntur surditatem. De sur-
ditate propter sordem molli-
ficetur cum aqua calida mellica

et curetur cum stilo curatorio et intro-
mittatur lichinium cum melle et oleo
camomille et pice et cum nasturcio
et bauracum De aqua ingressa in
aurem Fecit sint gutte ex hac
consimiliter si aliquid ut cum embla
uel cum cannula sugitoria pudrum
sugatur cum quod extrahat et post cum
oleo amigdalino dulci infundatur et
in capite exteriori canne cotonum et
aliquid inflammetur et virtute caloris
ignis extrahetur et frustulum de
spongia ligata cum forti filo immittatur
et postquam imbibit quod de quo extrahatur
De lapillo uel miceo uel besti-
ola et quodcumque ingrediente aure
Consulit Albucasis quod si res fixa est
intromittatur modicum de oleo violarum
et post provocetur sternutacio aut tussis
seu forte exprimendo et super pedem
apte aut saltando aut cum palma
concussio et ista valet ad omne quod
aure ingreditur et ad hoc iuvat e-
largare et there aurem cum omni
ingeniositate Et si hoc non valet
limatur stilus aut proba cum aliquo
visco et imponatur et extrahatur Et
si hoc non valet extrahatur cum picecu-
volis et cum unco lato et pauce
plicacionis Et si non potest suggetur
cum cannula in extremitate cum oleo et cera
bene clausa Si ergo non egreditur
cum istis ingeniis tunc festinetur
ad incidendum antequam accidat apostema
aut spasmus Et incisio eius
sit secundum formam lunarem in radice
auris usque ad lapidem et ipso ex-
tracto suatur et modo aliorum vul-
curetur Si autem sine granum quod
res que postea ingrossetur uult
etiam Albucasis si non potest extrahi cum
ingeniis dictis quod cum aliquo spatumine
subtili frustratim incidatur deinde
cum picecarolis et ingeniis dictis
uult et Albucasis in dicendum quod dis-
tillentur in aurem aqua in qua
dissoluta fuerit aloes aut succus

absinthii aut calamenti et acetum
forte et ipso mortuo extrahatur
cum ingeniis iam dictis aut cum
impletione aque aut inposicione
pilorum ut dicit Avicenna et salute
ut dicit De panniculo seu
carne opilante Panniculus
extirpetur cum spatumine incidatur
verruca et caro superflua removeatur
cum ligamine aut cum spatumine spec-
tando appendendo eam cum uncino
aut cum cauterio actuali uel poten-
ciali post imponatur tenta linita
cum unguento viridi et cum aliis leni
corrosivis In opilacione vero in-
trinseca difficile est ingenium uni
Albucasis iubet eam aperire cum cauterio
cordiali et tamen nec volunt unus
Egritudines *Pars 6a de*
male accidunt *egritudinibus narium*
in naribus que destruunt debi-
litant aut permutant actum odoratus
et respirationis quarum quedam in ipso
organo consistunt quedam in contin-
uantibus quedam vero in ipsa virtute
velut sunt distruxe ulcera fetides
attrociones apostemata opilaciones humora-
les carnales polipodales cancro-
se stimulationes ac etiam sanguinis fluxus
quas aliquis curat in ipsis particulis
aliquo alius progreditur aliunde
Sed quia maior pars istarum passionum
pertinet ad physicalem doctrinam ideo
de multis ipsarum est dicere superius hic
non tractabitur nisi de opilacione cate-
siali et de fetore De opilacione
in cathesim Opilacio cathesi-
alis secundum Avicennam est opilacio humoralis
seu carnosa uel cartilagosa in via
nasi et gutturis generata Cuius signum
est quia patiens vult homo screare et non
claudit os non potest hanc claudere per nares
et facit quendam tinnitum et voluntatem
nauseandi Cuius curacio particularis
est suffumigare et suggere sepe
aquam decoctionis camomille
mellilotum ysopi sansuci et similia

et inice infra nares cum embroto nasali pisslulas dyacastoreas dissolutas cum succo sambuci aut costum. Item adhuc intentione expertum et heremenses sublimati. Item ingella in aceto tribus diebus quatum exsiccata et ut alcohol pulverizata et conficiatur cum oleo veteri et per nares fiat suffumigatione et aqua ore repleto capite retrusato alique gutte instillentur et sugatur vehementer donec egrediatur humiditas plurima quod in tribus diebus tribus vicibus convenit. Et post qualibet vice os cum aqua calida est lavandum. Et si ex hijs dolor et ardor sequitur oleum desuper cum bibite immittitur et caput cum aqua calida infundatur. Et si fortior fieri debet si addatur coloquintida et elleborus et siclamen et sal armoniacum et conficiatur cum felle gruis et urina cameli aut eius simplex simili. Et multotiens ut dicit Avicenna indiget dispositio operatione et rasione cum radio aut simplex cum filo nodato intromisso super cortina data in ulceribus narium et tunc radere donec mundificetur. Et si quod egreditur cum rasione res plurima decetur summa mirabilis hoc. Et si aliud non potest fieri amplietur cum intromissione tentarum subtilium de genciana aut de radice achori ut faciebat magister petrus de bonanco. **De fetore hanelitus**

Fetor hanelitus est corruptio aeris exeuntis a naribus et ab ore que et aliquando fit propter causam propinquam in loco velut sunt corruptiones et putrefactiones ulcerum narium et gingivarum dentium et membrorum propinquorum. Aliquando fit propter causam concitatam et delegatam a cerebro stomacho et pectore ut ex predictis dicebatur. Signatur autem quod venit a pectore quando sputum est saniosum quod a stomacho quando non est continuus sed maior appetit ante cibum quam post. Et in cerebro quando ore aqua inflato percipitur fetor et cum hoc est continuus et percipitur per pruritum materia ipsius designatur calida per ardorem et puncturam frigida per

putrefactionem eorum. Judicatur quod fetor hanelitus est vituperabilis et propter medicam dapnosius. Judicatur quod fetor hanelitus propter strictiuram foraminum collatorum est incurabilis et ideo symici ut plurimum sunt perhasi. Judicatur etiam quod hanelitus fetor et eius perceptio in odore simul mixtus odoris presagium in febre acuta est malum signum.

Curatio intentione fetoris hanelitus duo sunt regimina universale et particulare. Universale de dieta et purgatione fiat secundum naturam humorum agentibus procedit putredo. Convenit cavendi sunt ab omni putrefactibili ut est malus panis mala caro venosa et viscosa et paludosa et malum vinum grossum dulce et pisces laticinia et fructus molles herbarum ut cucurbite caules maxime acapliares et specialiter leguminum et omnia brodia et sepe et allia et etiam cepe faciunt malum hanelitum. Bona sunt cibi oria acria et acetosa velut granata et acrestam et acetum et omnia sicca ut perdices et avicule pure et ea que reprimunt vapores post cibum ut ciconia pira et coriandrum preparatum ut dicit Arnaldus. Inspissantur vinum optimo Nasim. Item eius comestio frequens omnibus alijs melior existit. Et vinum mirte cum passulis inundatis sunt ad hoc preciosi ut dicit Avicenna et salvia et maiorana inter herbas optinent principatum et bone confectiones velut anthitos hebemesue quod est rosa novella et bone dragete in quibus sunt cum aceto preparatum de garioffilis cinamomo aligno calamo anthitico cyperos yreos folio nardi cipero folio lauri et mirti piloal et sandal rosis zucari rosis in tabula sunt preciose. Et expulsio superfluitatis et sobrietas vite prius dormitio exercitium pedum crebra lavatio est necessaria. Item caput purgatio cum yeris et mirabolis est preparata florima si est necesse et divisio

et euaporacio cu cantaris sup cerebrale
laudat Regimine particulare continet
operaciones dictaciones vnde si a certu
si fetor procedat ab aliquo membro
curet illud Si ab aliqua passione
curet etiam illa ut si fuerit vlcus
aut excrescencie pustule et opilacio
curet ut in propriis capitulis dictum
Commune tamen est in omnibus fetoribus
mundificare et abstergere ac etiam aro-
matizare nares et os et vias hanceli-
tus cum quibusdam comparat Et ad hoc
laudat hebemesi collusionem post
collusionem et sugitionem cum vino
odorifero deinde cu vino decoct
mirti ciperi calami aromatici pulegii al
rosis et gariofili et vrina asinarum in hoc
est suprema ut dicit hebemesi et intro-
missio tenetur simul cum pulvere yera
picre 3 iii calami aromatici mirre
gariofili spice folii seminum dactini an
3 ii conficiatur cum vino bono est
optima ut dicit Et si aliud non potest
fieri pallietur cum pillulis de gariofilis Aliud
eius forma Recipe gariofili galange an
3 ii piretri 3 iii aloes 3 ii
sinapis 3 i musci camphore an 3
s fiat pille cu vino de quibus quolibet
mane transglutiantur due et alie
due in ore teneantur Gordonius addit
in eis maiorana basilicone nucis
muscate cinamomum lignum aloes lacca
aloes et storace calamite atque am-
bra et eas conficiat cu aqua rosarum
odorare vini palliat masticacio cipi
ceparum et alliarum ruta Et tussis
costa de polipo et fluxu sanguinis in devul-
ceribus est dictum Pars quinta de egritudini-
Quemadmodum oris et partium eius
dicit G in x° de egritudine et
sinthomate in predictis conseruacio
particulare ostendit causas sinthomatum
ita et in ore cognoscentibus nobis quod
in ipso sunt due principales particule co-
plentes duos actus ad quos ordina-
tum est lingwa videlicet gustacione et
dentes masticacione Relique vero
sunt coadiuvatores cu hic adest virtus

eius a cerebro donata Que quidem
sinthomata ut aliarum accionum qualia-
cunque sunt predicta In accione debilitata
et ablata ac etiam permutata seu cor-
rupta ex egritudinibus omnimodis
organicis et quibus utrisque composite
sunt impeditur secundum magis et minus
variati saltim debilitacionis et ab-
lacionis non aut permutacionis ut
G et Avicenna et doctor subtilis declaravit
in plerisque locis Quarum autem cause
aliquando sunt privatae aliquando vero consimiles
ut de aliis dictum est et dicetur De egri-
tudinibus lingwe Egritudines
lingwe impedientes eius actus dextra sicut
vlcera alcole apostema inflacio seu ma-
gnificatio ranula et subcarnacio
spasmus seu contractio paralisis seu mol-
lificacio et balbuties Et licet completa
curatio passionum pertineat doctrine
practicali Nicholaus quia pro ipsis aliquis
ad cyrurgicos refertur verumtamen dicet
aliquid etiam de ipsis aliquibus non
de apostematibus et vlceribus et alcolis quia
de ipsis supra sunt dicta De in-
flacione et magnificacione
lingwe Que quidem fiunt ex calidis
humoribus supposita bona dieta
et purgacione cum pillulis cochiis
consulit G in capitulo gargarisare
succum lactuce Quidem enim ipso solo cu-
ratus fuit ut dicit homo quidam
ut non ulterius alio indigeret medicamine
Nicholaus diviso materie cu ventosis
retro collum et flobomia venarum
lingwe consuete non sunt in hoc casu
Si vero eveniunt ex humoribus frigidis
et grossis ventositate volunt tamen
et dimittit quod materia educatur per os
salivando cum fricatione salis armoniaci
et ceparum et laventur os cum aceto
Et si cum eo ungeretur 3 iii et piper
ad resoluendum esset melius Et in casu
desiccare caput cu desiccatibus
reuma est valde utile De ranu-
la et subcarnacione Ranula
secundum Avicennam est quedam carnositas oblonga

sub lingua impediens eius actum si forma
rane aut alterius lingue generata. Et oportet
incurando ipsam ut extirpatur secundum Avicennam
si potest consumi cum medicinis stipticis
et resolutivis velut sunt cortices granatorum
cum origano et sale et dragaganto
ustum et humidum mixta cum albumine ovi
de tenenti sub lingua et expertum cum in
fantibus ut dicit. Et post ista et cum opus
ad fortiora velut est fricatio cum sale
armoniaco aut cum flore eris et draganto
aut cum trociscis alcharon aut calidico
et caveat ne ad istam inferiora descen
dat. Et si per non curari cum illis non
erit excusatio ab operatione manus
ut ipse dicit. Cuius operatio Albucasis
ita ponit oportet ut aperiatur os infirmi
contra sole et consideret ranula et si est
nigra aut fusca et dura et sine sensu
non tangat quia cancerosa est. Si vero non
fuit talis sed alba et humida tractabilis cum
capiatur cum uncino et scindatur cum
spatumine subtili et liberetur ab omni
parte et extrahatur quod si supervenit sanguis
abstergatur cum spongia et si est necesse
ponatur zegi quod est vitreolum et
dimittatur spatio quousque fuit restrictus.
Et tunc si operatio non est completa
videatur ad ipsam usque ad ipsius complemen
tum deinde colluatur cum aceto per unam
aut duas dies. Et post dicit Guilielmus
de Saliceto cum vino decoctionis mirre
colluatur donec fuit sanatus. **De spas
mo et filo contrahente lingua.**
Spasmus est retractio et contractio lingue
ad sua origine qua impeditur eius
actus. Cuius causa est humiditas replens
aut siccitas contrahens vel ligamentum
retrahens. Cura autem humiditatis
replentis est evacuatio universalis
et particularis. Universalis fit cum
pillulis cochijs. Particularis cum ca
pupurgijs et masticationibus et
collucionibus et calamento et origano
sinapi et fenugreco pipere et piretro
et aliis que dicentur in capitulo paralisi.
Ad quod etiam conferunt vaporationes
radice colli cum eis que sunt sicut
camomilla mellilotum sticados et
anetum. Cura autem siccitatis et inha
nitionis est per humectationem et resumptionem
cum laudabili cibo et cum temperatis
collucionibus et unctionibus colli
et capitis cum oleo nenufarino et
violarum et cum infusione aque calide
et lactis et similium. Sed cura fili seu
ligamenti contrahentis lingua est incisio
in platitudine donec solvatur
lingua a retentione sua ut dicit Albucasis
et ponatur lichinium per aliquod dies
cum vitreolo ut non reconsolidetur.
Et si dubitatur propter venas ut dicit
Avicenna quod intromittatur filum cum acu
et ligetur donec per se rumpatur. Aut
secundum consilium Lanfranci cum rasorio
argenteo ignito incidendo cauterizetur.
De paralisi et balbucie. Bal
bucies licet possit venire a paralisi
spasmo ulceribus et aliis passionibus
lingue ut plurimum cum venit
a paralisi et ab humiditatibus in nervis
et musculis et substantia lingue imbibitis.
Cuius autem cause et signa sunt que
paralisis communis et cum hoc adest fluxus
salivalis absque voluntate neque directe
potest loqui nec pronuntiare ut G
declarat in illo Amphorismo. Trauli et
dyarria in ipsorum capiuntur longa
Iudicatur communiter quod balbuties
accidentalis pronostic(at) paralisim. Iudicatur
etiam quod sicut fit curat spasmum
ita balbucies neque paralisis cronici
ca perfecte curantur. Nichilominus
in pueris cum pervenit ad ado
lescentiam sepissime rectificatur
ut dicit Avicenna. Cura autem
eius licet in genere sit ea que paralisis
communis. Nichilominus in eo per
vitam et purgationem sunt tres
speciales et potissime intentiones
ut Hebemesue ponit. Prima est
in diversione materiei. Secunda in de
siccatione cerebri. Sed tertia in
consumptione humiditatis. Comitte
prima completur cum clisteribus
acutis et fricationibus et ventosationibus

retro collum. Secunda complebitur
cum emplastris desiccatiuis supra
totum caput cum hijs que sunt
velut synapis et stercus columbinum
nilum et sal torrefacta bacce lauri
anisum marrubium pipa et galanga et
alia que confortando caput desic-
cant reuma. Et cauteria supra
caput et lateribus retro spondilia
colli sunt laudata. Et hinc emplastrum
supra collum ad confortandum neruos
precipit haly. Recipe camomille melli-
lote maiorane ana ʒ ij cum quibus grana
quedam synapis piretri fol. lauri ana
ʒ iij oppopanacis castorei ana ʒ ij
ʒ iij. opoponacii castorei ana ʒ ij.
terantur omnia et cum cera et oleo sa-
bucino fiat emplastrum. Et ad eandem
intencionem valet vnguentum factum cum oleo
costino nardino ruthaceo castorino
et oleum benedictum in hoc est supremum
et oleum de tebentina et distillacio dorsalis
hebemesue dicta in palisi supinus michi
est preciosa. Tercia vero complentur
gargarismata et collucione oris
et fricacione lingue cum eis que dicentur
producendo vero procedendo a debilio-
ribus ad forciora. Et incipiatur ab
oximelle squilliticia quod solummodo est
gargarizando et quod confortatur
cum hijs que sunt sicut alhaste
et est sticados vel ysopus ortulanus
et cortices capparis piretrum ana ʒ ij
et ea pipa. Et oportet ut hanc gar-
garizacionem precedat eductio humoris tu
flaticarum fricando linguam cum eo
quod est sal armoniacum et ʒ ij et
cepe et postea erit operacio collutorij
melior. Ad eandem intencionem ex-
pertus est hebemesue gargarisma
quod dissoluit flegma aggregatum
in radice lingue. Cuius forma Recipe
origani sambuci ysopi piretri ana ʒ ij
cum piperi cinamomi costi sinapis
nigelle conficiantur cum oximelle
squillitico et vero quod est vinum
tanti et gargarizetur diebus continuis.
Lanfrancus narrat quod ipse restituit
loquelam cuidam domine cum ficubus
nucis et melle et vi granis clari et

liquiricie euforbij insimul incorporatis
et confectis de quo ponebat sub lingua
pueri fabe quantitatem. Item confectio
medicaminis ad palisim et grauitatem
lingue. Recipe salis armoniaci piretri
staphisagrie synapis piperis achori
equali mensura terantur et fricetur
cum eis lingua subtus et supra in die
multociens. haly autem iubet ea stare
cum yerapigra synapis piretro contritis
et achorus secundum testimonium dyascoridis
secundum omnem modum administracionis
est medicina propria mollificacioni
lingue atque paralisi. Et salvia
rutha calamentum herba paralisis ros
marinus semen basiliconis et canli-
culi agrestis summa in hoc habent
proprietatem et detencio sub lingua pil-
lularum factarum cum castoreo et
assafetida et tebentina et ad hoc
suprema ut dicit Auicenna et ad hoc
pille dicta storace apparantur et tiriaca.
Et confectio anacardina per annos
conueniunt et assiduacio loquendi
et fricacio lingue cum pulegenia
festinat loquelam puerorum ut
eciam dicit Auicenna. De passione
dencium. Passiones dencium
numerantur ab haly in sermone x
prime partis libri regalis disposi-
cionis quedam vel sex ut dolor cor-
rosio congelacio dormitacio limi-
ositas seu fetiditas casus seu
comacio apostema proprie non patiuntur
sed vero que apostemati simulatur
ut dicit Auicenna et intelligitur per
illam corrosio aut putredo ut
tenet scola nostra communis. Vtrum
autem habeant sensum et percipiat
dolorem. G. in quarto meamur. Et
Auicenna medio canon videtur tenere
quod sic haly autem dicit expresse
quod nullum sensum habent per se
sed racione lini qui ad ipsos de-
scendit pari nimorum cerebri delegatur.
Et ita declarat G. se in xvi de
vtilitate particularum. Ex quibus apparet

quod non apostemant propter hoc neque dolent nisi racione gingiuarum et membrorum adherencium eis. Causa autem passionum et nocumentorum dencium est mala complexio et solucio continuitatis et apostemata que quidem sunt propter causam prouatam (?) existente in dente aut in membris adherentibus eis. Aut propter causam existentem in dente aut in membris adherentibus eis. Aut propter causam communicatam a cerebro aut stomacho aut aliunde diriuatam et licet in talibus passionibus inueniatur fieri et factum esse et istorum causa est triplex primitiua ut casus et percussio et malicia regiminis. Antecedens humores superflui. Coniunctiua ipsamet disposicio in dente facta. Signa passionum dencium satis sunt manifesta. Omnibus enim euidenter apparet quando perforatur et corroditur et nigrescunt et teritur aut quando neque calida neque frigida tollerat aut quando ab aliquo illorum accidit dolor ut in capitulo meacium (?) dicit G. et ad hoc adiuuat consciencia et noticia temporis et regiminis preteriti et relacio pacientis ut supra dictum est de gutta. Indicatur quod inter passiones tocius corporis de qua minus plangitur homo dolor dencium est communior. Indicatur eciam quod inflacio genarum in dolore dencium est bonum signum eo quod signatur quod materia dimittit interius et ligamentum et conuertit ad loca carnosa ut eciam de gutta superius dicebatur.

Curacio

In curacione passionum dencium datur duplex regimen vniuersale videlicet et particulare. Vniuersale regimen in genere duas habet intenciones vnam in vita reliquam in euacuacione specificatur cum eo vita in octo secundum Auicennam. Primo quidem quod non vtantur putrefactibilibus velut sunt pisces et lacticinia. Secundo quod euitent res in excessu calide et eciam frigide precipue immediate vnum post aliud. Tercio quod non masticetur res dure ut ossa et viscose ut ficus et confectiones de melle. Quarto quod non vtantur cibarijs de proprietate quorum est nocere dentibus ut sunt porri. Quinto quod dentes quando non current exquisite neque acribus (?). Sexto quod fricentur cum melle et sale adustis. Et si cum eis adderetur acetum omnino esset complementum ut declarauit Haly in sermone quinto secunde partis disposicionis regalis. In purgacione operatur yera et flebotomia cephalice et venarum labiorum et lingue et dulcere (?) cum fricacionibus et ventosis et capupurgijs et desiccacione reumatis et confortacione capitis ut dicitur est sepe et educere flegmaticas humiditates cum piretro mastice et consimilibus sepe dictis. Particulare regimen continet duo primo tria documenta ad operacionem dencium necessaria. Secundo operacionem propriam in specialibus passionibus diuersitate. Primum documentum est quod iste passiones sunt periculares et maxime in operacione barbitonsoribus et dentatoribus et ideo medici operacionem dereliquerunt. Tutum autem est ut tales operatores per medicos dirigantur. Secundum documentum est quod oportet medicum consulentem in talibus esse quod sciant quot auxilia dantur dencium secundum Auicennam sunt multiplicia videlicet preallucaciones (?) et gargarismata masticaciones implecciones linimenta vaporaciones fricaciones suffumigaciones cauterizaciones capupurgia distillaciones in auribus et per manum operaciones ut in suis locis dicetur. Tercium documentum est quod secundum Albucasim oportet dentistam esse munitum de aptis instrumentis videlicet rasorijs rupsatorijs (?) et spatumibus (?) rectis et curuis et leuatorijs

simplicibus et cum duobus ramis et
tenaculis dentium et probis diuisis
rasuriis scalpris et terebellis et co-
liniis et multis aliis in hoc opere
ingeniatis ¶ De dolore dentium
Si autem dolor quidem fuerit conco-
mitate alicuius membri tunc curetur
prius illud membrum Si autem dolor
fuerit propter apostemata gingiuarum
purgata materia et diuersa in primis
repercutiatur materia calida cum frigidis
et stipticis velut est secundum hebemesi
retento aque calide cum aceto forte
aut aqua rosarum aut plantaginis et si
ponetur cum eis modicum de campho-
ra melius esset Et huius quidem
intencionis est oleum rosarum aut
mirtinum aut cusceum in ore re-
tentum Cum autem cessit principium
addatur cum dictis reliqua resolu-
tiua sicut est mastix et vue passe
Et si dolor vehemencior fiet adda-
tur cum eis quid opii aut aliorum nar-
coticorum si fuerit necesse In causa
vero frigida in principio ponatur
oleum rosarum cum mastice deinde
vinum aliuatum deinde decoctio ysopi
et calamenti Si vero materia tendet
in maturacionem iuuetur cum decoccione
vuarum ficuum semine lini ac fenugreci
deinde aperiatur et cum melle rosis
et vino mundificetur secundum quod dictum est
in vlceribus oris Si autem causa fuit
in radice ipsius dentis in venis imo
vel ligamento et fuerit cum materia
purgetur materia et resoluatur
cum eis que dicta sunt et dicentur
Et ipse in calida cum oleo rosarum et
camomille et anetino et in frigida
cum oleo de behen et nardino Et
cum oleo ... carminetur cum
si fuit ventosa carminetur cum
decoctione cimini et baccarum lauri et
serapino ... et galbano et serapino
Si autem dolor ille esset sine materia
alteretur calida cum frigidis et frigida
cum calidis in principio dictis et etiam
dicendis Et humida cum sale et aluine
et gallarum ... desiccetur Et sicca cum

butiro et adipe anatis humectetur
Si autem non est remedium cum dictis
cauterizetur cum oleo calidissimo
tingendo probam inuolutam cum coto-
ne aut panno in eo et denti sepissime
applicando aut cauterizetur cum
ferro ignito aut cum instrumento
trahatur Et quia medicine dentium
a multis multe ponuntur cum desiderio
narrabo michi magis probatas
ad sedandum dolorem per viam altera-
tionis et resolutionis et aliquando per viam
stupefactionis Medicine autem
dentium secundum G. in quinto mecanir
siue reputate siue quibus dyaforare
volunt fortissime debent esse
Et propterea plurima ipsa cum fortissimis
constringuntur aceto nec valet quod di-
cit quod acetum nocet dentibus quia quando
miscetur cum aliquibus calidis
perdit illud nocumentum Et propterea
dicebat dixit in 3° de causis accidentibus
quod acetum erat commune omnibus ma-
teriis eius cum infrigidacio pos-
sibilis est ut lenita frangatur et
remaneat eius profundacio et
incisio hoc quidem administratur
in materiis frigidis In materiis
aut calidis non eligatur propter ipsum
quod etiam in principio fuerint et pro-
batum et in primo mecanir con-
cessum Et ideo archigenes ut nar-
rat G. in quinto mecanir ponit
primam medicinam ad dolorem dentium
acetum calidum cum galla in materia
intellige calida Infrigida vero
aquatica occasione euenerit De
pitarie naturalis mediocris vstarum
℥ xvi salis ℥ xvi aluminis vsti ℥ v
extremitatum origani yreos piperis
piretri ana ℥ iii fasceleos ysopi
mente sicce ana ℥ ii cornu ceruini
vel capini cinamomi ana ℥ i fiat
pulvis de quo fricentur radices
dentium et gingiuarum humidarum non
aut siccarum Adiuuatiuum autem est
siccis Rasis aut ponit confectionem
medicaminis valentis ad dolorem

dencium caliditate R semen portulace
coriandri simul lencum excortica-
tarum sandali cit. ros. piretri cam-
phore omnium ana partes equales fiant
trocisci cum succo solatri et line
dente dolorosum cum vino dissolu-
to in aqua ros. ut hebemesue dicit
In matia aut. sera ponit in radice
dentis tiriacam de x or Cinus R
piperis assafetide opii mirre casto-
rei partes equales conficiantur cum
melle haly in causa calida impat
acetum cum aqua ros. aut simul cum
modico camphore Infra acetum
decoctionis spolii spenis Et si cum eo
addetur ʒ ʒ piretrum pip. et sal for-
tius esset Allexander inquit confidimus
de alleis cito sedans dolorem dencium
R allei spicatis quoque olibani ʒ v et
semis mirre ʒ i bulliat in vino ad for-
mam liquidi mellis et tepide et sepe
teneatur in ore vinum testatur hebemes
quod G. dicit quod si teratur allenum et
ponatur in radice palme manus
que sequitur dolorem sanat dolorem
eius et est expertum Aucto autem
concedit acetum decoctionis colo-
quintide aut aristol. aut piretrum
assamfetida sinap. cortice cappar
cortice pini mencastrum nigellam
condisium et similia Et vitellum
ovi assatum cum pane calidum super
dente applicatum et aqua ardens in
hoc est optima et vaporacione cum
cibum duabus horis aut post in or
horis cum sale et milio aut cum
oleo calefacto laudat Avicenna et
emplastrum cum hiis que sunt sicut
malva anetum et camomilla
semen lini atque fenugrecum Et lau-
dat etiam suffumigacionem cum granis
coloquintide et granis sinap. et ce-
pe et nucha et silibus Et concedit
una cum Razi distillacionem in aure
que sequitur dolorem cum aliquo alio
sedativo velut est oleum amigda-
linum sambucinum castorinum et

ungenus Medicine aut stupefa-
cientes que ponuntur in magna ne-
cessitate sunt sicut eundem Auic. sicut
R semen Jusquiami al. opii storace
galbani omnium ana ʒ ii piperis asse
fetide ana ʒ i conficiantur cum sapa
coagulata et ponatur super dente
doloroso aut simul opii et
castorei partes equales et distempe-
rentur cum oleo ros. et inficiatur lana
que sequitur dol. aut vinum decoc-
tionis radicis madragore aut
Jusquiami teneatur in ore Et quoque
dantur in potu narcotica sicut filo-
nium aut teneatur in ore ut dor-
miendo et quiescendo mitigatur egri-
tudo frequens etiam retentio aque
frigide in ore stupefacit dolorem
ut dicit Auic. De dente con-
minuto et debilitato Quoque
commovetur dens et propter causam
primitivam ex casu seu percussione
et quoque ex humiditate lubrificati-
vum et ligamentum Et quoque propter
siccitatem et carentiam nutrimenti
Et quoque propter corrosionem et diminucionem
carnis gingivarum Nunc autem
ex siccitate fit et privacione nutri-
menti ut in senibus et ptisicis
non curatur In aliis vero cum re-
sumptivis adiuvatur Et ad hoc
vitet masticacionem precipue rei
dure cum illo dente et minoret
locutionem et non tangat neque co-
moveat eum Et si sine propter
corrosionem curetur corrosio Si
aut venit a casu et percussione
fiat fomenta et infra ab humiditate
mollificate et purgacione et edu-
cacione humiditatis salivalis
cum mastice et piretro Narr-
rat G. consilio Archig. quod ponatur
in radice dentis alumen cum
thure cinamomo et cypresso
Glas aut R balaustiarum rosarum
gallie cipi simul ana partem i
aluminis partem mediam liniatur

sup gingiua et in alio loco addit
attossia yposquin stidos mirabol
et spica indic cum aceto et fiat
trociscus et fricare dentium radice
Et si non valet cum sanis aurea
catherinula ut docet albucasis ligetur
Et si ceciderint aliorum dentes a
de osse vacce fricentur et cum
cautela ligentur et finiuntur cum
eis tempore longo

De putredine vermibus et corrosione ac perforatione dentium

Et habitis supra regimine vniuersale de dieta et purgatione et
confortatione cerebri prout dicitur
est in dolore particulare quandoque
lauetur cum aqua ardente aut
cum vino decoctionis vtriusque
mente vtriusque saluie vtriusque
calamenti et piperis seu piretri
et post repleatur cum galbano et
cypero mastice mirre sul-
phure et camphora cera arco
assafetida et cum gemmis Si autem
istud non valet cauterizetur cum
stilo et lima et fiat sic via
ut in foramine non retineat
cibus Et si istud non valet cau-
terizetur et si inutile est extrahatur
sed cum cautela quod foramen prius
fortius cum panno aut cotone
impleatur eo quod aliter tenacule
eum frangent et radices re-
manent Si autem in foramine
fuerint vermes post locorum dictorum
suffumigetur dens cum semine
porri et cepe et semine iusquiami
et tepe confecti cum adipe capro et fiant
pille quasi vnius et vna quasi
vice ponatur

De limositate et feda coloratione dentium

Supposito regimine vniuersali ab-
luatur os cum vino decocto me-
tastri et piperis et post isto medicine
vtatur pro modo dentifricii Recipe ossis
sepie crulorum marinarum al porcel-
lanorum spume maris cornu vsto
mel alumnis salgeme sulphuris usti
rad yreos aristol radic canne
aduste fiat pulvis de omnibus aut de
quolibet singulariter Ad eandem in-
tentionem magister petrus aquam
probatam sic facit Recipe salis armoniaci
salgeme ana lb. semis aluminis zucarini
gr. i. puluerizentur in alambico
vitreo et fiat aqua dentes cum
pecia de scarleto fricentur Et si
istud non valet quia fuerint ibi limo-
sitates indurate cum rasoriis
et spatulis radantur

De stupore et congelatione dentium

Vinum cum aqua ardenti in ore teneatur
aut cum sale asso dentes fricentur
aut nuces seu auellane asse ca-
lide supponantur et silia calefacta
aut portulaca vel portulaca et se-
mina mastice

De eradicatione dentium

Cum ergo dicit albucasis fecisse
posse tunc in medicando dentes
cum medicas et non proficit certifica
te de dente doloroso ut non sis
delusus et capias bonum pro malo
tunc posito paciente in loco claro
inspice gingiua tua dyscalcia radice
dentis circuita et commoneas eum
cautelose et complete ut non acci-
dat pacienti peius infirmitas de
oculo aut de osse maxille et post
accipias eum cum tenaculis et
eradica et extrahe eum cum radicibus
suis aut tenaculis similibus illis
cum quibus dolea ligantur Radicem
eradica cum leuatorio simplici
aut bifurcato Et si aliqua radix
remanserit perquiratur cum instrumentis
et extrahatur et post os cum vino
et sale lauetur et si vis addere
alumine aut vitreolum propter sani-
tatem potest et vltimo cum vino
mirra et thure fissura incarnetur
Si autem dens vltra naturam fuerit
augmentatus cum lima caute quod non
moueatur equetur et applanetur

Multe autem medicine ponuntur

ab antiquis que extrahunt dentes aut eos alleviant extractione cum ferro sicut lac titimalli cum piretro et radice mori et capparis et armoniaco in radice dentis imposita aut aqua fortis aut pinguedo ranarum nemoralium et arborearum. Multas tamen dant promissiones operatores vo pautas.

potencialia eo quod secundum Albucasim acto ignis actualis est simplicior et minus ledit partes vicinas et membra principalia quam acto inpotencialis que membris principalibus est multum suspecta nisi esset in casu in quo paciens propter eius pusillanimitatem non esset ausus accendere ignem aut in quo vehemens fieret cautia ad evacuandum et diminuendum. Avicenna vero inponit propter dolorem et escaram grossam qua dimittit debilitantem locum maiorem provocat fluxum. Et licet Avicenna dicat quod cauterium actuale melius sit cum auro habens tamen in membris tenuibus velut sunt oculi ut dicit Arnaldus. In aliis aut ferrum sit cum ferro ut dicat Albucasis eo quod igneitas in ferro melius potest mensurari quam in auro nec in argento propter eorum colorem nisi fiat per aurifabrorum in hoc assuetum. ¶ Cauteria secundum Albucasim competunt in omnibus dispositionibus precipue tamen humoralibus licet non contrarientur per se contrarientur tamen accidentaliter per remotionem cause caloris et et siccitatis naturalis in materialibus non sunt utilia. Immo in eis faciunt multa mala ut tenet Albucasis Brunus Guilielmus Lanfrancus et Henricus et eorum sectatores. Et quamvis sit valde utile medicamen secundum Avicennam et de ipso multa tractaverunt Albucasis et Rasis ut testatur Haly in secundo sermone partis secunde Regalis dispositionis moderni temporibus non sunt tamen usi quantum temporibus antiquis ut dicit Henricus eo quod communiter occurrunt per ydiotas imperite et absque purgatione et ledunt quam plurimum. Et ita arguendo per fallaciam accidentis hodie magistri negligunt sicut et multa alia ut Albumasar de astronomia probavit. Cauterium non est necessarium auxilium in conservando sanitatem et obstruendo consuetudinem tenet tamen locum vomitum evacuationum ut scarificationum et purgationum in hominibus qui ea sustinere non possunt et cum hec reliquias post eas evacuationum corrigit et emendat magis in consuetudinibus fortibus et malignis in quibus fieri solum consuevit ut Rabbi in versu epidimiarum allegavit. Et propter hoc dicebatur antiquitus ultimum instrumentum medicine non ultimitate finis sed ordinis quod post dietam et farmaciam et flebotomiam debet fieri cauterium

ubi conveniunt aliter fierent multa mala unde cauterizare debet precedere particulare in ordine operationis rectitudine. Et quia istud auxilium est ita generosum tamen ipsum in tria primo quare secundo quo fit secundo tercio regimine ipsius. Propter autem primum est sciendum quod cauteria fiunt propter utilitates generales cauteriorum precipue actualium secundum primam ponit Avicenna ad confortationem membrorum. Calefacit enim cauterium actuale et desiccat membra que ut plurimum a frigido et humido debilitantur. Et propter hoc dicebat Rasis auctore tercio capitulo bonum sanum est propinquius humido vero non sano. Secundam ponit ipsemet Avicenna ad prohibendum ne corrupto multiplicetur in membro et istomodo precipue a Galieno in secundo ad glauconem et ab Avicenna in quarto quod fiant in cancro estiomenorum et in ulceribus sponte dilatatis et in ossibus corruptis. Terciam ponit idem Avicenna ad resolvendum materias concretas in particula. Et istomodo precipit Albucasis et Haly quod fiat in gutta et in testiculis et in fortibus doloribus. Quartam adaptat idem Avicenna ad restringendum sanguinem quam approbat Galienus in quinto terapeutice cum dicit adinvenimus ea que vocantur escarotica operantur velut septum quoddam ad restringendum fluxum sanguinis operantur autem ipsa per ignem aut per similem igni ferrandi virtutem. Approbat magister Arnaldus ad evacuandum et divertendum fluxum inveteratos oculorum et tocius corporis et istomodo fiunt setones et cauteria retro collum et in fonticulis lacertorum ubi lacertus a lacerto distinguntur aut sub eis a duobus vel tres digitos mediantibus maioris in venas que dirigunt ad membra illa. ¶ Sextam ponit Galienus ad interrumpendum et istomodo precipit ipse cauterizare venas temporum ut non fluat ad oculos materia et in ruptura quod intestina non descendant ad concavitatem ulcerum malorum. Et de hoc tractat amplissime Arnaldus mandato que diuti nequiunt ad coitum naturale aut supplere habituatum vicinus cautius adducantur competunt. Septimam ondit usus ad obstupandum superflua et istomodo aperiuntur apostemata resecantur glandule

extirpant carnes vivas et mortuas et
corrodunt. Utilitates autem particulares secundum
r 6 et Albuc. 2o et Haly et multa
a Brunno et suis glosatoribus ac a Gu-
illelmo Lanfranco et Henrico sunt quod ea
in diversis perpetuit facere locis. Nichilominus
moderni operatores non faciunt ea nec sic
ordinate. Divisionem particularum in isto
conscripta tractatu. Primo in capite sincipita-
te in loco ubi pertingit digitus medius
extensa manu de naso a radice pal-
me supinus. Consulunt Albuc. Haly
Brunus Guillelmus Lanfrancus et Rogerius
cum suis glosatoribus cauteria rotunda
cum olivari ad evaporandum cerebrum et
diluendum materias que ad partes reu-
matizat subiectas. Et aliqui profundant
ea usque ad os. Nonnulli radunt aut
exfoliant primam tabulam cranei quod
non multum approbat Albuc. Et id valet
talia cauteria in mania epilencia et in
partibus dolore fluxum oculorum ptisiag et
omnibus reumatizantibus. Fiunt etiam in
cornibus capitis et occipite cauteria ro-
tundata eodem instrumento ad calefaciendum
et confortandum caput in paralisi tremore
spasmo et propter lepram palliandam. In
facie autem que est secunda particula sunt
multa et diversa cauteria propter speciales
utilitates. Fiunt enim in palpebris ad
corrigendum et elevandum palpebras cum
mirtalino. In loco pilorum evulsorum
ad claudendum porum pilorum evulsorum ut
renascant et hoc cum acuali. In lac-
rimalibus ad consumendum carnem sup-
erfluam cum cultellari primo. In tauto intra-
nasum pro fistula cum acuali et canna.
In temporibus ad claudendum venas pro
reumate oculorum cum cultellari. In na-
so pro polipo consumendo cum acuali
et canna. In uvula pro eo macerando
cum maceratiue et canali coclea(ta). In
collo sunt cauteria ad cetonem cum tena-
culis et acu cetonata retro in fossa
ad diluendum materias oculorum ut Rog.
dixit Lanfrancus licet alii non dixerunt.
Invenerunt tamen papie glosatores qui
viderunt quendam medicum inalbune

approbatum pro cauteria rotunda ubi facta
et longo tempore dimissa apta curavi mani-
acos et stomacinicos et vertiginosos. G.
etiam in 13o cap. dixit quod ventosa sedem
occipitis facta nobile est auxilium reu-
matis oculorum quanto magis cauterium. Et ob
hoc in reumate oculorum in predicto loco
cauterium cum cetone facere consuevi. In
parte autem anteriore in collo sub mentone
consulunt quidam magistri cauterium ad cetonem
propter evacuationem guttam rosacee et ali-
arum infectionum faciei et oris. In homopla-
te et fontanellis brachiorum ad tres di-
gitos de iunctura ubi lacertus a lacerto
manifeste distinguitur cum clavali rotun-
do cum testa et placa perforata. Ab intra
fit cauterium pro egritudinibus faciei et partis
anterioris colli et ab extra pro egritudinibus totius
capitis et partis posterioris colli. In medio
thoracis sub furcula fit cauterium rotun-
dum aut ad cetonem pro asmate et egritudinibus
gule et sub ascellis eodem modo pro egritudinibus
spiritualium et pro mundificando cor et palli-
andum leprosos in epidimie. Circa quod fit
apertura cum ensalibus cultellis inter costas
ad extrahendum saniem est tamen periculosum de
fistula aut de morte propter debilitationem
cordis ob aere sine alteratione subintra-
te ut dicit Albuc. In ventre in parte anteriori
super stomacum fiunt cauteria rotunda aut ad
cetonem que conveniencias se tenet apta
propter egritudines stomaci et super epar et super
splenem propter dolorem illorum membrorum et subtus
umbilicum propter aquam ydropicalem. Et
Albuc. et Haly faciunt ea cum clavalibus
duplicatis aut triplicatis. In anchis fiunt
cauteria in inguine propter rupturam. In pectine
propter vesicam retro propter renes et gibbo-
sitates cum rotundo aut clavali restato
et in bursa testiculorum ad cetonem propter
herniam aquosam et carnosam. Octavo sunt
cauteria in fontanellis sub genu ad tres
digitos ubi lacertus a lacerto distinguitur
cum clavali rotundo aut testato in planta propter
purgationem et morbos tibiarum. Plures
aut alias utilitates speciales faciunt cau-
teria in predictis locis que singulis capitulis
superius sunt explicata. Utilitates autem
cauteriorum potencialium sunt quasi eedem

sicut et actualium corruptio quod non confor-
tant sed debilitant et ideo magis apparent
ad evacuandum etc. et apiendum apostemata et
fluxum sanguinis restringendum quam actualia par-
ticulares vero corporum utilitates assumuntur a
locis in quibus sunt conveniunt tamen ponuntur
causticia in locis carnosis quia trahunt
a profundo magis quam actualia et in ossi-
bus puncturis magis sunt molesta. Bestercia
vero in locis ponuntur intercutaneis et sub
mentone retro collum et tota facie et in
tarnis pedum et manuum. Sed cum confluunt
ipse etc. intercutaneus ut videtur ad sensum
propter sedium qualia cautheria sunt est sciendum
quod cautheria actualia sunt cum instrumentis proprie
metallicis potencialia vero cum medicinis cau-
sticis. ¶ Instrumenta autem cum quibus sunt cautheria
actualia apud antiquos erant diversa quo-
rum ea retraxerunt ad certum numerum ut G.
de Salicetto ad VI vel ad VIII. Lanfrancus ad
X Henricus ad VII. Ego vero omnia cautheria
faciebam ad III formas. Specialia vero cautheria
faciebam cum propriis instrumentis formatis mo-
tivorum quia complere solebam. Fiunt autem
de qualibet forma tria instrumenta parvum magnum
et medium. Prima forma est cultellaris ad
formam cultelli facta et est duplex dorsalis
scindens ab una parte ensalis scindens velut
ensis a duabus et cum isto incidunt causticis
superflue et aperiuntur apostemata et rectificantur
vicia cuius forma est talis. ¶ Secundum instrumentum
est olivare id est ad formam olive ut puta-
verit Brunus et Lanfrancus et Henricus
sed olivare ossium subtile ut dicat Galienus de ver-
simo ... capitis quod eius
operacio etiam audit. Fiunt etiam cum olivari
cautheria rotunda in summitate capitis ut do-
cet ... et in ... propter
corporis dolorem et super venas ut non effunditur
in corpore subito dum cautizantur propter putre-
factionem et super ossa propter ... desiccare
cum cautizantur propter corrosionem cuius forma
est talis. Tercium instrumentum est dactilare ad
similitudinem ossium dactilorum factum et valet
ad omnia ad que olivare. Sed ipsum inchoat
formam relinquit propter se quia ablongatum
et est grossius quam olivare et ideo est pro-
prium in vulneribus et ossium corruptioni-
bus cuius forma est talis. ¶ Quartum

instrumentum est punctale cuius cuspidem ...
acutum et rotundum cum quo cautizantur
sola cutis et est duplex cum testa et pla-
ta ut non transeat ultra cutem cum quo
fiunt cautheria que conveniunt locantur ad modu-
lum in fontanellis brachiorum et tybiarum.
Aliud vero est planum longum ad modum
radii cum canula ut non offendat lata
cum quo cautizantur membra profunda ut
fistula lacrimalis polypus infra nares
et dentes cuius forma primi planta
forma secundi est talis canula. ¶ Quintum
instrumentum est cautherium subtile cum quo po-
nuntur cethones cum tenaculis latis et
perforatis. Valet autem istud cautherium ut
punctalia ad nodulum sed sunt leniora et
durabiliora eo quod nodulus egreditur et
cadit sepe et indiget ligatura tercio
... autem non cuius forma tenacule.
Sextum instrumentum est lunare cum quo
ditimetis ad faciendum quinque cautheria ad
modum cum planta quinque foraminibus perfo-
rata super spinam in dolore renum et super
humerum et super gibbositatem humeri ...
et dolorosa cuius forma est talis plata.
¶ Modus autem faciendi cautheria actualia
est quod inquiratur bene locus ubi debet
poni et exsiccetur et signetur et applicata
plata aut canula ferrum si debent
poni aut sine ipsis ubi non est necesse
intus parietem tenendo et bene ignita
cautheria duo vel quot erunt necessaria ipsum
rubeat quod tunc erunt meliora tradantur
a ministro caute quod paciens non videat
et imprimatur et teneatur cum quadam re-
volucione ut non adhereant carni for-
tius tamen in osse levius in uno ipsum per-
dant rubedinem et tociens reiterentur
quousque sint intentum et perfecta regantur.
¶ Medicine vero cum quibus sunt cautheria
potencialia sunt ruptoria quorum aliqua
post se dimittunt escaram ut calx vi-
va et sapo mollis equaliter de quolibet
ʒ i ut quantum sufficiat ad operacionem
mixta recentur autem sunt infrata ut
dicit Albucasis addendo quandam fuliginem ut
dicit Henricus aut salis alkali ut precipit
Galienus et de ista pasta ponunt ... et
quod statim applicetur in loco signato

infra cauliculum factum de tela cerata aut
de panno i[n] albumine ovi infuso aut in
aliquo glutinoso frigido et ligetur firmiter
et a xii horis usque ad xxiiii dimittatur
et postea removeatur et iteratur. Ap-
ostemata aut virulentes que non faciunt
ecstaciam post vesicas sunt cauterizandis
mitte ad fermento aut ad aliquo sepo
vel folia flammule vel planta lupina
vel marsilium pistata et super locum
applicata in quantitate .3. s usque ad .3.
i. et ligetur non stricte et dimittatur ab
viii horis usque ad xii et postea removeatur
et ut prius iteratur. Capitulum 3m quod est
de modo regendi cauteria est secundum
quod ipsorum duplex est regimen ante actum
vero et post actum. Ante autem ipsum actum
omni tempore potest applicare ut dixit Albucasis
dictabat quod corpus sit mundum et non
repletum. Tempus autem est amonitio
in 2o et 13o capitulo et ubique quod nulla
evaporatio ... auxiliorum ut
audeas ... totius corpo-
ris et si non dicatur semper tamen intel-
ligatur. Removeatur etiam patiens ante
cauterizationem de bonitate et securitate
cauterii adhoc quod ipsum melius sustineat
et si necesse est teneatur firmiter aut li-
getur. Post vero cauterizationem in primis
tribus diebus ponatur super locum et circa
ea albumina ovorum cum oleo rosarum agi-
tata. Et postea cum escharotico cum butiro
laveatur addita modica feniculi fa-
rina aut cum aliquo unctuoso non
salito vel cum aliquo dulci maturativo
ponatur. Et postquam ceciderit eschara
mundificetur et curetur vlcus curetur
nisi ipsum vellet tenere apertum propter
evacuare humores et fumos vaporosos
aut propter consuetudinem longam ob quam
non esset securum claudere ipsum absque
alia evacuatione equipollente. Periculum
enim esset quod illi qui consueverunt aliquod
retinere sicut ad aliquod membrum
et quod inducerit maiora mala ut in
de ulceribus est dictum et in prologo capitulis
libere permisse et ut etiam notatur.

in illo 6o amphorismorum ... emorroidas an-
tiquas habenti in casu tamen in quo contin-
git post clausionem ipsum reiterare in eodem loco
potest reiterari aut in suo consimili membro vel
in aliquo sibi proximo membro illud cauteri-
zari ... que dum manavit
obstinari non potest absque timore commotionis
... nisi manatio consueta ad propria
ducatur. Cauterizatis a die cauterizationis
usque ad vii vel ad xo dies quod ignitas
sit refrenata regatur regimine infrascripto.
Post usque ad complementum sue operationis
confortetur virtus et ordinetur regimine et
oppositum sue cause. Tempus autem come-
tendi ipsum apertum secundum Rogerium et suos
magistros i ... dierum aut circa mensem vel
illo est tempus ultimum ... in 6o
amphorismorum et i 2o pronosticorum. Ultra ad
illud tempus debilitatur locus et situatur
cachochimia et adhuc virtus i co confor-
tatus est evaporata ut dicit Henricus.
Tenetur aut apertum cum tentis et nodis
de cera simplici aut in aqua malgoretis
euforbium seu scamonea vel coloquin-
tida seu elleborus secundum naturam humoris quem
volumus purgare aut cum piso aut cum
nodulo de ligno edere aut de genci-
ana. Et desuper ponitur folia caulium vel
edere sub tribus pannos vel super pannos
complicatos aut replicatos et aliquando
plata de corio aut de ere vel de argen-
to ligata. Et postea bis in die vel quociens
placebit removeatur. In cauteriis autem
potentialibus ante actum est necessaria melior evacuatio
quam in actuali cum sit maioris lesionis
ut dixi non est tamen necesse quod ligetur patiens
nisi requiratur locus et signetur
et ut dictum est applicetur. Et post actum
regatur ut de cauteriis est dictum. Vesica-
toria vero requirunt custodiam maiorem vesice
que consueverunt fieri ex cantaridarum appli-
catione que cum bal. consueverunt fieri ex
cantaridarum applicatione que cum bal co-
sueverunt corrigi ut infra dicetur. Elevata
te aut vesica incidantur et aperiantur cum
forpicibus aut cum acu. Et post de super
folium caulis et palmi applicetur et

sicut placebit removentes. Et quia non
faciunt cicatricem sed vesicam infra sep-
timam diem aut octavam desiccant et
consolidant. Capitulum quartum de
operationibus de artificio operandi
antidota que in arte operativa cyrurgie

Necessarium et valde utile est ex-
pertissime medicinas magistros cyrur-
gicos ut sciant administrare et
componere ac etiam administrare antidota
infirmorum eo quod multotiens contingit eos
operari in locis in quibus non reperiuntur apo-
thecarii aut si reperiuntur non sunt boni nec
omnifarie fulciti. Similiter sunt multi
pauperes qui non possunt emere res proprias
et preciosas quas cum omnibus oportet portare.
Et propter hoc data est doctrina et modus
cognoscendi simplices medicinas a G.
in primis libris simplicium factorum per
sensum saporem odorem et colorem et co-
gnoscendi compositas in II libris de compositione me-
dicinarum qui .10. dicuntur. Almansor in I. cata-
genes ut Haly in fine tegni testatur.
Ita enim refert G. ipsemet quoque fecisse
ut in 6o megatechni in agro cuius cartos
diuncion in quodam gargalione pa-
tiente advenerit dyamicon. Et XI capitulo
accepit absinthium in parvo medio ap-
in epate patiente qui oleum non poterat
emere nardinum. Ego etiam nunquam consuevi
cum per totam civitatem infirmos portare
unam bursam clisteriorum et aliquorum etiam
et quedam herbas per campos cum mo-
dis dictis ad ano subvenientibus infirmis
et ita reportabam laudem lucri et
amicorum copiam. Et multum fratres ordina-
bant et provabant. Potio est utile
scire multas medicinas quia non omnia
in omnibus locis reperiuntur. In medicina super-
pia in de opposite autem sunt allegata
et quod confert uni horum / et quod uni pro-
ficit alteri nocet. Et totum hoc est propter
diversitatem particularium complexionum generum
et auxiliorum que certis litteris non possunt de-
notari ut 3o capitulo dicebatur. Propter quod
est sciendum quod operationes medicinarum cy-
rurgicalium distinguuntur secundum virtutes que
sunt in eis et eas habent efficere in corpore
humano que triplices inveniuntur a G. et

Avicenna in Vo canonis. Sunt prime que
dicuntur generales et qualitative quia a
qualitatibus dependent eorum sicut sunt
ille que dant et faciunt frigiditatem calidi-
tatem siccitatem et humiditatem. Secunde sunt
sede quia sequuntur primas dictas que
suo modo dicuntur speciales sicut ille
que habent repercutere attrahere resolvere
remollire maturare mundificare con-
solidare regenerare et cauterizare ac etiam
et dolorem sedare. Secunda sunt 3e que hoc
faciunt habent in determinatis particulis que
suo modo dicuntur specificate seu specia-
les ut medicine laxative et urina-
tive ac etiam illuminantes visum acuen-
tes auditum et ingenium. Cuius quidem
operationes secundum medicorum. Avicenna in 2o canone
quoque sunt pro medicinis suo modo sim-
plices velut sunt rose camomilla
atque plantago / quoque pro compositis ve-
lut sunt olea unguenta emplastra aque et
piccimata pulveres et cetera. Lauda-
bilius tamen est operari cum simplicibus si quis
potest quam cum compositis eo quia cum compositis
generari possunt multa que multotiens non omni-
no possunt concordare ut in 3o capitulo di-
cebatur. Et propter hoc dicebat magister Ar-
naldus qui potius medicare cum sim-
plicibus dolose aut fortuite quam compositis
clerici tamen ut dicat aliquis necessitas com-
ponere medicinas quia non inveniuntur simplices
potentes utiliter complere intentiones pro-
positas et conceptas. Conveniunt autem
intentiones secundum eundem Arnaldum ex
medicinis et ex morbis secundum nobilitatem
ac etiam diversitatem conditionis corporis sic
etiam et complexionis. Et morbis secundum
compositionem quia habent in se et propter
causarum accidentium. Ex medicinis quia
sunt debiles horribiles aut minus
fortes. Et quia optime ista pertractantur
per Avicennam in Vo et per Serapionem in Io
et per compilatorem Antidotarii Azarani pre-
sertim et per Johannem de Sancto Amando
in suis Antidotis non tamen in hiis e-
longare sermonem nichilominus faciunt
medicine et mundant decoquuntur.

triplices · secundum ipsos inveniuntur

pe

Secunde

3e

Laudabilius est
operari cum simplicibus
quam cum compositis

et adurunt et conterunt et id genus ex causis certis de quibus scriptis in fine tore evangelice tractant

De preparacione medicinarum simplicium

Causa autem quare mundantur simplices medicine est ut removeantur ab eis cortica et lavantur omnes ut magis sint munde et pure. Aliquando vero ut abiciatur fex et sordicies ab eis et ut removeantur acuitas et acquiratur frigiditas

De mundacione herbarum

Exemplum mundacionis et depuracionis habetur in herbis et radicibus que quomodo mundantur et depurantur notum est omnibus. Exemplum lavacionis ut abiciatur fex et sordicies est oleum et cera

De lavacione olei

Lavatur oleum dupliciter. Primo cum clepsedra vini in siccitate aliud in fundo et impleta secundum medietatem aqua calida et oleo claudantur foramina et agitetur fortissime usque oleum et aqua sint bene mixta. Deinde post quietacionem aperiatur foramen fundi quousque aqua fuit contracta et deinde ponatur iterum de alia aqua et fiat ut primus et totiens reiteretur quousque oleum fuit albificatum. Aliter autem lavatur magis sicut in pulvi scutella vel olla ponitur in scutella cum tribus aque calide et agitatur cum spatula tamdiu donec albificetur. Deinde ponatur in sole quousque separetur oleum ab aqua. Deinde colligatur oleum ab aqua. Deinde colligatur oleum de superficie aque cum aliquo coclea et reponatur. Et si sufficienter fuit mundum bene et si non iterum ponatur de aqua sicut prius et 2o et 3o donec albescat etc.

De lavacione cere

Lavatur cera et dealbatur faciendo ipsam cum aqua et ipsam elevando cum lapide aut cum vitro rotundo in ea immerso et post immergatur in aqua frigida et separetur de lapide totiens sic faciendo donec tota cera sit contracta et postea apponatur ad solem eam sepe vertendo donec sit alba perfecte aliter et magis sicut accipitur cera et contritur in aqua et postea expellitur illa aqua et postea alia ponitur et fiat ita sepe donec fiat alba

De lavacione terebentine

Lavatur terebentina ut magis suavis et purius efficiatur in scutella cum aqua frigida et tamdiu cum baculo ducatur aqua sepissime mutando donec fiat alba

De lavacione butiri antiqui

Lavatur butirum antiquum ut salsedo removeatur et in mollificando efficacius efficiatur in scutella cum aqua frigida et tamdiu cum baculo ducatur donec fiat album

De lavacione calcis

Lavatur calx ut eius acuitas removeatur et efficiatur desiccativa in bacino cum aqua frigida cum baculo eam miscendo et postquam quievit illa aqua expellatur et alia imponatur. Hoc septies aut novies et totum faciendo donec aqua ad gustum suavis et dulcis reperiatur etc.

De lavacione et preparacione tucie

Preparatur tucia primo adurendo ut conteratur facilius novies eam igniendo in carbonibus incensis et novies extinguendo eam in aceto vel aqua pluviali vel in aqua rosarum seu feniculi vel maiorane secundum illud ad quod volumus eam applicare. Post lavatur ut depuretur et suavis et frigida efficiatur conterendo eam grosso modo et in panno et pelvi cum aqua frigida tamdiu fricando ducatur quod subtile ipsius in aqua transeat et illud grossum de panno abiciatur. Deinde turbetur aqua illa et subito colando cum alio panno mittetur in alio vase et illud grossum quod remanserit in fundo abiciatur et hoc bis vel ter fiat quousque nichil remanserit de grosso. Post dimittatur residere quousque descendit in fundo et tunc aqua illa cum illa viriditate que supernatat abiciatur et alia aqua ponatur totiens hoc reiterando quousque aqua dulcis et suavis efficiatur. Que desiccetur et fiunt exempla combustionis ut facilius fiat contricio est tucia dicta sed ut removeantur corrosio et

remaneat desiccata et consolidata est in
subtilibus condimentis velut ponit G. in
3o cap. et 2o et 4o simplicium factorum de
cuparosa et viride eris **De combus-**
tione cuperose et consimilium
Ignitur super tegulis aut testam cum
carbonibus insufflatis donec inflametur
et fumigetur et ampulletur et sic diu fiat
donec color fuerit mutatus in rubeum seu
citrinum et quiescant ampulle quia in-
ficitur et refrigeratur. Modum de cera ut
vitis in colatura traditur est in sirupis et
oleis et infusionibus in quibus vitis tra-
ditur in decoctione postea sirupantur
et oleantur et clistrizantur et gargariza-
tur et embrocantur. Alia decoctio quoque
fit ut vitis non nociva separetur et nociva re-
maneat ut in caulibus et lentibus cum
decoctione ostendit in 3o factorum G. Modum co-
trictionis ut res sint prima sibilioes super
locum et magis efficiantur. De siccantibus sunt
in litargiro et cerusa et in cetera
quod est iudicium et tunc ut dicit Avic.

De preparatione medicinarum extra
Composite autem medicine preparantur et co-
ficiuntur secundum Johannem de sancto Amando et ma-
gistrum Stephanum Arlandi de monte pessu-
lano simpliciter propter utilitates diversas ut in
forma oleorum unguentorum emplastrorum epithimatum
et id genus **De oleis** Oleum est humidi-
tas liquida et unctuosa et fiunt secundum
doctrinam Hebenmesue et Serapionis triplici
videlicet per expressionem et sic oleum olivarum
de quo dicit G. in 2o factorum quod est
materia recipiens omnes virtutes et oleum
nucum et amigdalarum mirtinum liliorum lau-
rinum musselinum et oleum de ovis et
de formicis et consimilia fiunt etiam alio
per decoctionem ad ignem vel ad solem vel
infra terram calidam ut oleum rosarum ca-
momille de lilio et similia fiunt tercio
per sublimationem ut oleum benedictum olium
de terebinto de tartaro de fenubis et in
nipio et id genus Causa quare fiunt olea
et virtutes ponuntur in eis est duplex. Prima
ut oleum profunditas perficiat virtute herba e
ut oleum dulcoret acuitatem rerum cum
quibus fiunt Est tamen intelligendum quod

quedam fiunt olea ex oleo olivarum secunda
debent fieri cum oleo onfacino quod
est oleum olivarum viridium et immatu-
rarum quedam talium debent fieri cum oleo
dulci et maturo **De unguentis**
Unguentum est res unctuosa non fluida sed
permanens. Et fiunt secundum doctrinam. Primo
sine igne pistando in mortario et isto
fit unguentum album et omnia unguenta mo-
ralium et ad quale etc. De subtilibus
pulveribus ponuntur libra una olei et de aquis
sucorum aut de aceto et quedam de minera-
libus. Alio modo fiunt cum igne fundendo in
oleo ceram et pinguedinem in ultimo
quum erit tepefactum pulveres huiusmodi mis-
ceantur ad quantitatem libre olei ponuntur de cera
quarta in pulverum quartam. Si in estate in yeme vero
minus est necessarium de cera. Alio modo fiunt cum
axungiis et herbis pistando eas et
postea in simul coctas et colatur est
unguentum et ponuntur hic de herbis quedam
de axungiis ¶ **Cause quare fiunt** e-
ut firmiter aut in superficie et non flu-
ant neque se magis profundet. Sunt enim me-
dia inter olea et emplastra **Emplastrum** Cause
Emplastrum est confectio cerotaria per decoc-
tionem spissata et indurata. Et fiunt tripli-
citer. Primo quoniam sunt minalia decoquuntur primo
cum oleo usque ad grossitudinem postea
adduntur mine stillagines ut in dyaqui-
lon et sine mine stillagine ut emplastrum
nigrum. Alio modo fiunt sine mineralibus ut
oxicroceum cum gummis cera pice et ce-
teris et aquibus pluribus et per istum modum
coctis gummis et per noctem in aceto vel
vino tepidis in mane liquefiat ad ignem
et dissolvatur usque ad consumptionem vi-
ni vel aceti et colatis addatur primo
deinde cera ultimo tollent et in desce-
su ab igne ponantur pulveres ... cum spatula
ducendo et proiciatur in aqua frigida et
post extrahatur et cum manibus inunctis
cum aceto aut oleo malaxando extrahe-
atur aqua et fiant magdaliones Signum ac-
decoctionis emplastrorum est gutta ipsorum
proiecta in aqua frigida ut marmore coa-
guletur et digitis non adhereat mala-
xando. Fiunt etiam et tertio modo ...

cum mineralibus gummis et pulveribus ut
in apostolicon est videre. Causa vero quare sunt
composita est ut virtus conveniens maneat in
membro. **De pultibus et catha-**
plasmatibus. Pultes et cathaplasmata
sunt quasi idem nisi quia in pultibus non
intrat nisi farine cum aqua vel suc-
cis et oleo seu melle. In cathaplasmatibus
ponuntur succi et herbe et sunt ad ma-
turandum et tunc debent esse viscose aut
ad resolvendum et tunc debent esse absque
notabili viscositate eo quod viscositas
mobilis claudendo poros retinet ca-
lorem et spiritum et materiam que ambo
faciunt ad maturationem cum prohibitione
resolutionis ut dicetur in quinto tractatu
et dicetur infra. Richardus in lectionibus
composita vocantur. Cause ipsorum sunt
levitas preparandi et utilitas simplicium
que aliter non haberent tantam virtutem.

De embrocis et epithimatibus

Sunt enim ista liquores simplices atque com-
positi cum quibus particulariter fomentantur
et balneantur membra aut in quibus in-
funduntur spongie aut panni et apponuntur su-
per particulam ponuntur et sepe renovantur.
Et cause talium sunt facilitas calefaci-
endi et infrigidandi et humectandi et
resolvendi cum profundatione virtutis.

De aliis modis. Plures sunt
alii modi componendi ampulla et dis-
tillationes aquarum et decoctiones et sirupi
pisationes et linimenta et talia que
magis sunt ad apparentiam et muta-
tionem infirmorum quam ad existentiam ut dicit
Henricus. Stabilis medicus est sicut
in terris et puratis vagantur animum pe-
regrinare per multa ut dicit Arnaldus
et si aliquotiens congruum inveniuntur
fortune magis attribuendum est quam sibi
in 3o capitulo Cogitationis enim oportet esse
medicum peritum naturarum in quibus
operatur et cum quibus ut dicit per totum.

**Capitulum quintum de antidotis localibus
apostematum et primo de medi-
cinis repercussivis et modo
repercutiendi.**

Quia inter operationes secundas com-
munes generales repercussio est magis
necessaria cum ipsa prohibeat aug-
mentum apostematis et ipsius sania-
tionem que valde sunt septa ad dolorem
et febrem et pronus ad ulcerationem et fistulationem
ut in de indiciis apostematum supra dicebatur.
Non obstante vulgari opinione quod in sa-
natione aut a principio corporis magis peccare
dicatur propter tanto prius dicendum de medicinis
repercussivis. Medicina repercussiva ut
dicebatur in de apostematibus prius dupliciter
accipitur communiter seu large et proprie seu stri-
cte. Communiter dicitur de omni medicina que
refrenat et compescit influxum seu ingres-
sum oppilat et confortat. Et sic loquuntur doctores
et Haly Serapio et Avicenna sepe unum ca-
piunt pro reliquo. Richardus dicit interesse
quod medicina refrenativa et compescitiva
est illa que facit sisti materiam cum infri-
datione et talis dicitur ingrossativa apud
Haly et Avicennam velut est spuma lactuca
crassula umbilicus Veneris lenticula aque
oculi arboris tremuli aqua frigida cum
psidia et aceto. Oppilativa medicina
est illa que sua viscositate et grossitie
claudit poros membrorum et impedit trans-
itum materiarum ut est farina volatilis mo-
lendini amidum glutinum et gumma gu-
marum et omne illud quod est frigidum visco-
sum sine magna mordicatione. Medicina con-
fortativa est illa que temperat essentiam
et complexionem membri taliter ut prohibeat ipsum
a superfluitatum receptione ut oleum ro-
sarum et mirtinum mastix mirra coriandrum
sandali ubera absinthium matricaria
coctanea poma cipressi fructus cortex
atque acacia. Proprie autem dicitur medicina
repercussiva sive impulsiva seu constric-
tiva vel interceptiva seu restrictiva. Et
quod sint et quod simplicium factorum ca-
pio que impellit humores profundi
ad quos appropinquat. Et est duplex frigida
et calida cum stipticitate et grossitie
substantiali velut sunt frigida solatrum plantago

Repercussiva

sol. porri. virga et bursa pastoris. rose. ba-
laustie. ypoquistidos. menitha. acacia.
acetosa. sumac. berberis. mirtilli. psidia. cor-
tex. mespila. glandes. galle. bolus. terra si-
gillata et sanguinis draconis lapis. ¶ Calida vero
sunt alumen. sal. nitrum. ciperus. squinantum.
bdellium. bisancia et lupinorum farina et
stiptica vina et artificialia composita et
ligatura. Composita vero sunt ex supradictis
simplicibus multiformiter secundum quod docetur
in singulis capitulis de flone de erisipila
ac de aliis apostematibus. Vel que gratia plenior
sic doctrine ponuntur tres forme que com-
petunt in principio omnium flonum et talis fiunt
vel quia repercutiendo infrigidant et materiam
intercipiunt et corrumpunt. prohibent ambulare
et locum apostematum confortant. ¶ Quarum prima
est oxicratum. R. i. 2° ad glandem? componitur
de aqua et aceto in forma potabili mixtis.
¶ Secunda est linimentum de bolo tamquam contrarius
et cui ponitur R. i. q° forte. R. Est boli
armeni partes i. terre sigillate partes media. olei
rosarum partes iii. aceti vel succi herbarum frigidarum
partes media in pulverizatis rebus subtiliter
infundendo oleum et acetum successive et pau-
latim. dum in mortario ducendo fiat lini-
mentum. ¶ Tertia forma est ceratum R. in primis
simplicium frigidorum. R. Est olei ro. cere
quantum sufficiat fiat unguentum et iaceat cum
aqua frigida lavando infricetur. ¶ Quarta forma
est unguentum de mirtillis et cum bulli? de
salicetis. R. Est olei mirtini libra i. cere
albe quartam semis mirtillorum pulveris ʒ i. fiat unguentum.
¶ Modus autem repercutiendi est quod evacuato cor-
pore si est possibile et finalis conditionibus
iam superius dictis applicentur repercussiva
simplicia vel composita secundum quod congruit
materie. Si est calida frigida. si frigida calida. ¶ Et
in tota? inmota super et circa locum tamen
nisi apte aqua venit materia revocanda
de stipitis? et continuando usque materia sit
fluxa et locus alteratus non ad livorem
et duritiem sed ad colorem et statum naturalem
et tunc erit cessandum et procedendum ad re-
solutionem vel ad maturationem secundum quod dispositio
apostematis requirit. Et

De medicinis attractivis

et modo attrahendi. Attractive autem medicine
sunt medicine attractive ut attrahant materiam
de membris nobilibus et profundis ad igno-
bilia et materiam sicut fit in apostematibus
emunctoriorum et tactorum aliorum venenosorum
et in sciaticis passionibus et in spinis et
in sagittis et aliis infixis extrahendis
que sunt in periculosis locis ad in-
cidendum aut patientes sunt timidi ad
sustinendum. Tunc cum trahere debemus. Et si-
ue cum alio saltem cum ventosis sugentibus
ut iubet Avicenna. Et pro tanto propter repercussiva
sua quibus sunt contraria in 1° factorum
dicetur de ipsis. ¶ Medicina attractiva sin-
gularis est que a profundo corporis trahit
ad superficiem et debet esse complexionis
calide et substantie subtilis ut velociter et vehe-
menter valeat profundari. Et sunt ei ubi
supra est duorum modorum. Quedam est per se
per naturam calida. quedam ex putredine accidentaliter
sed quedam per se natura calida est ut dyptam-
num et sordicies alucorum cappa? et se-
rapinum armoniacum et si aliqua similia
quibus sunt ut sunt euforbium allia cepe
porri napi in q° simplicium capitulo 2°.
Ex putredine vero que ex fermento acci-
sunt et que ex stercoribus oriuntur. Non propria
... in eis est diversa nam quod quidem columbarum
sufficienter est attractivum. Alii vero ab hoc
equaliter destiterunt verum calidum quidem
augetur? vel sue frigidum quidem bullit? desistit
aut ab hoc quidem hominum et porcorum est
aut et aliud quoddam genus attractivorum
que a qualitate substantiali excellunt in materia
ut sunt lapis? et tyriaca alia omnia
quorum speculatio magis pertinet quam cy-
rurgicis est nota. Avicenna vero videtur
ponere attractivas vias combustas. Aristoteles?
radicis canne. Et Johannes de sancto Amando
cum 2° canone multa alia exempla con-
gregavit ut calamentum pulegium ma-
... [illegible] ... primo de ...
... continuendum pirethrum costum
piper lapis spine ... quibus ...
... medicina ut in de vol.

Margin notes: me. repercussiva; 1; oxicratum; 2; de bolo armenico linimentum; 3; 4; unguentum; modus repercutiendi; me. attractive; Secundum est medicina attractiva; De fimo columbe

ingeiis co(n)solidandi ut supra co(m)posite sit et
forme. Et quia manifeste doctrine ponam
alia que est mirabil(is) co(m)po(siti)o(n)is et mira
bilis virtutis et po(tes)t abs(tergere). Avic(enna) i(n) v° canone
ad auriomellum relatum. Frangit eni(m) et
co(n)solidat ossa corrupta et spinas et fur(un)-
culos et sciatice confert passioni. R(ecipe)

gravioris incidat(ur) in palma brevi(us)… aut
vir(i) sal… ana… ar(istolochia) … tur(is) van… tuor
et sive gum(mi) albeti q(uo)d est terebent(ina) o(mn)i(um)
an(a) ʒ xx piperis nigri et albi ana amo-
nii opobalsami o(mn)ium an(a) ʒ x thim-
masticis nitri resine sicce que est
colofonia. Galbat dr(achmas) … et lacta
de cum capite. Ad hanc intencio(n)em dic(it)
i(n) xv° factorum an(a) ʒ x lacti… …bor …
…ʒ x cere ʒ xxx adipis capre ʒ
xv sext(arium) olei de lilio quantum sufficiat fiat
emplastrum. Ad eandem intencionem fit emplastrum
aplicon antidotarii nicolai. Modus
aut(em) utendi istis attractivis est q(uod)
mota igne elongatur sicut p(re)dicta
cu(m) oleo de lilio deinde purgat(ur) locus
ab aliqua vili persona postea medi-
camine apponatur et cu(m) lana succida
carpiata leniter cooperiatur et cu(m) binda
fissa in medio s(ecundu)m crucem ut non comprimat
locum suaviter ligetur et semel in die
sufficiat ut removeatur. De resolu-

tivis et modo resolvendi

Cu(m) aut(em) ma(teri)a est tota repercussa aut
non debet repercuti aut est in loco tracto
propter causas superius dictas tunc auxi-
lia debent adhiberi resolutiva ut
dicit lafrancus et henricus v(e)l curativa
aut utraque simul ut in 3° tegni testatur.
Medicina aut(em) resolutiva aut diaforetica
sive rarefactiva v(e)l evapora-
tiva et sic idem reputo q(uo)ntum e(st) de parti
est illa cuius p(ro)prietas est 2m Avic(ennam) se-
parandi et subtiliandi ma(teri)am et facere
ipsam vaporare et aperiendo poros et co-
ercere eius partem p(ost) partem donec assi-
duitate sui operis totum co(n)sumat(ur) et
evacuet(ur). Et propter hoc op(or)tet q(uo)d sit cala
et subtilis sb(st)a(nti)e et non nimis acra
ut sint ht(er)… et infeciua …
et dessiccativa multum in v° factorum.
Medicine resolutive quedam sunt simplices

quedam vero composite. Simplices sunt velut
camomilla que inter ceteras optinet prin-
cipatum. Et ideo sapientes egipcii in sacri-
ficiis eam dedicaverunt ut 3° factorum. Unde
in v° canonis inter resolutiva concedit(ur) cum
camomilla et cum hoc alica et q(uod) p(ro) ip(s)is
oleum non nimis aut(em) q(uo)m p(ro)caturum fit
absinthium. Et q(uod) antiquum et de berna
et rasarum… co(n) eadem sunt spe(cie) illa at-
que sic plura resolvunt oz q(uod) sint abs-
tergencia et co(n)sortativa ut dicit Avic(enna) mel-
lilotum anetum malvas bletas pitaria
fimum… caules urticam ebulos et sa-
binam furfures ordei fabarum et orobi
farinas et panis grossi medullam addit
lanfrancus et henricus ambo… …
ysopum cera… ac organum spicam et costu(m)
mirram et masticem in coacussionibus usus
concedit c(om)is. Ex istis aut(em) p(ro)t co(m)poni
auxilia in f(or)ma oleorum unguentorum emplastrorum ut
in forma oleorum est oleum camomille oleum
aneti de lilio de amigdal(is) uno et oleum
costinum et nardinum sic simplic(ite)r aut cum
addicione aliorum s(ecundu)m formam in antidotariis
scilicet… et …aiam nobis dantur. Unguenta
eni(m) sunt co(m)posita s(ecundu)m formam dictam spalte-
henricus in maturis calidis. R(ecipe) olei camomil-
le ʒ iii cere ʒ iii axungie anatis gal-
line an(a) ʒ i camomille aneti an(a) ʒ ii bul-
liant et colentur et fiat unguentum. In maturis
aut(em) siccis emplastra bene conveniunt modo.
R(ecipe) fe(nu)g(re)ci seminis lini aneti an(a) ʒ ii farine
lupinorum ʒ β farine fenugreci et se(minis) lini
an(a) ʒ i coquatur in aqua et cocta adhi-
beantur et cu(m) modico de aceto et oleo fiat
emplastrum seu cathaplasma. Plura alia inve-
ni(un)tur de a(n)b(u)s… et p(ro)pius … et i(n)
specialia atque concussionibus et gutta. Et
breviter o(mn)ia mollificativa et maturativa
in materiis subtilibus et paucis efficiuntur
resolutiva et sic co(n)piencia(?) et lanfrancus
et henricus hoc etiam testantur. Modus aut(em)
resolvendi est talis q(uod) cu(m) aqua decoctionis
medicamin(um) resolutivorum locus fomentetur usque
inflari incipiat et rubere et tunc tunc
applica medicinam et bis in die removeatur.
Cavendum tamen est ab indebita resolutione q(uia)
non extrahat(ur) subtile et petrosificetur grosse

Margin notes (red): ex(em)plu(m) ossa co(r)rupta spinelas … et s(c)iatice | … diaforetica resolutiva … evaporativa | … | in maturis … | mollifica(tiva) | … | mollificativa

et cogatur medicus ad mollitiva transire

De mollificativis et modo mollificandi

Cum igitur materia per indebitam resolucionem in-
duratur tunc ad medicinam mollitivam est trans-
eundum. Medicina tamen mollitiva duplex est: com-
munis et propria. Communis et large dicitur medicina mol-
litiva quecumque cuius proprietas est quamcumque
duriciem remollire. Durities autem que dicitur
in uno stratorum congelatum potentius et spissatum
simpliciter aut composite. Propria vero dicitur me-
dicina mollitiva que habet mollificare duriciem
per congelationem in qua fuit aliqua materia
replens velut est humor indocte tectus
in frigore et grossiciem contractus indigeat ad sa-
nationem calefacere et desiccare. Necesse est quod
cuius medicina sit calida et sicca non tamen fortiter
et violenter sed sufficiat, sicut quando vel circa
quasi gradum calefaciendum primum aut secundum
et isto quoque ab aliquibus convertitur humida
chadiani cum sint et accrescunt autem sic-
citatibus nostre humectantur. Et si quando visco-
sitatis et compositionis fuerint meliora essent
non tamen quando superabunda quia tanto minus
evacuativa. Si tamen a siccitate et frigiditate sit
indurata sunt calefacere quandoque et humectare
cogimur secundum mensuram oppositus. Si autem
a replecione sola evacuare quod replet et conten-
dit. Si autem sola siccitate humectare ut su-
perius dictum est in duricie membrorum et di-
citur in membris algebrare. Exempla
autem mollientium propter in uno stratorum et
secundo capitulo sunt adeps caprinus proprie urinarius
et galline. Sunt tamen quando sunt debiliores. For-
tiores eis sunt adeps anserinus et taurinus
et medulla cervina et pes vitulinus et porcinus
recentes et sine sale et eadem que cum
predictis sunt fortiores sunt armoniacum storax
galbanum atque bdellium. Oleum autem sunt
que nova. Et propter hoc que cera est oleum novum
et magis antiquum et confectum cum lilio et ca-
momilla radicis altee et cum aspu et multe
alie plante decocte in oleo aut in aqua re-
mollitivorum sunt et silvestris malve folia
cruda et cera decocta. Hec autem et alia
multa simplicia inveniuntur composita cum sunt vel
tare formarum. Prima est emplastrum in libro ca-
thagenorum quod recipit cere ana quarta in
galbani bdellii ana ȝ i. thuris quarta
medulle ossis cervi ȝ ii. sepi ... alucorum

ȝ i. et ȝ ss olei laurini sepi vituli ana ȝ
ii. misceantur et fiat emplastrum. Secunda est
Amen quod recipit storacis capiarum ȝ ii. radicis cu-
cumeris asinini sicut malve ana ȝ i. stapsagrie
pagrie bdellii farine fabarum amigdalarum
amare ana ȝ ss. fecis olei antiqui quod suf-
ficiat fiat emplastrum. Tercia est dyaquilon
et fiat tritum cum radicis yreos multa
in scrophulis assunt. Ana recipe litargiri lb
ss olei comis quarta iii. mucillaginis altee et
fenugreci ana quarta ii. et fiat ss. emplastrum cum
custodia litargiri et ad unaquamque lb
malaxetur cum oleo de lilio ȝ i. radicis yre-
os pulverizate. Quarta est dyaltimlon ma-
gnum ab hebe medicis propter ad mollificandum
et resolvendum omnem duriciem. Recipe litargiri
triti et cribellati ȝ vi. olei communi olei ca-
momille olei aneti ana ȝ iii. mucillaginis
altee et fenugreci et seminis lini et ficuum
siccarum yreos siccarum squille ysopi humidi glu-
tinis alcanni et cum visco cum quo capiuntur
aves ana ȝ sex et ss terebintine ȝ i. et ss
resine pini cere alme ana ȝ i. coquantur
sicut decet et qui vult addat bdellium
serapinum armoniacum ana ȝ i. erit dya-
quilon gravatum. Quinta et multe alie for-
